

X 1304920

No. 1,295.

S. M. F. 1321

B. M. 1. 139





DE TERMIS ARTIFICIALIBUS
Aut:
I. H. MOLITOR.



JOANNIS HORATII MOLITOR,
Philos. & Medic. Doctoris

TRACTATUS,

De

THERMIS
ARTIFICIALIBUS

SEPTEM MINERALIUM
PLANETARUM,

In quo propositis aliorum au-
thorum Thermis, nostrarum
Thermarum ingredientia ac virtutes,
unà cum modo generationis minera-
lium in terræ visceribus exponuntur,
quæstiones celebres Thermas nostras
attingentes solvuntur, ac quomodo
corpus ante usum illarum
præparandum expli-
catur.

Cum duplici Indice Capi-
tum & Rerum.

J E N Æ,

Excudebat SAMUEL Krebs.

ANNO M. DC. LXXVI.

ILLUSTRISSIMO, PER-
ILLUSTRIBUS, NOBILIBUS,
AC GENEROSIS
DOMINIS, DOMINIS.



ILLUSTRISSIMO DOMINO
JULIO FERDINANDO
COMITI à JAROSCHIN,
Domino in Banchvitz, Güli-
chen, & Wenschovvitz,
Sac. Cæs. Majestatis Consiliario,
Camerario actuali, nec non Capita-
neo Ducatûs Wratislaviensis.

PERILLUSTRI DOMINO
FRIDER. MAXIMILIANO
à RETHEL & HENNERSDORFF,
Domino in Schmidefelt, & Ell-
gutt Equiti aurato,
Sacraeq; Cæs. Majest. Consiliario,
& prædicti Ducatûs Wratisl. Capita-
neatûs Assessori, nec non Co-
miti Palatino.

PRÆNOBILI DOMINO
ELIÆ MICHAELI
à BACHSTEIN & FRANCKENDORFF,
Domino in Leonhartvitz, nec
non in Regio Feudo Castrensi
Kreickau & Weigvitz,
Sacraeq; Cæs. Majest. Consiliario,
& Ducatûs Wratisl. Cancellario.

PER-
US,
NIS.



Si vereri merito poteram, ne ineptum sit, audaculumq; facinus, Viros pro plurium salute ad clavum excubantes ex improvise interpellare, Et à publicis seriisque negotiis ad madidas Thermas avocare: Illustris tamen Vestra in bonas litteras voluntas, ac prolixus mansuetiorum Musarum amor, eum mihi addiderunt

DEDICATIO.

runt animum, ut quod facio,
intrepidè facere nullus dubi-
târim. Antiquis historiae mo-
numentis asseritur, Illustrissi-
me, Perillustres, Nobiles, ac
Generosi DOMINI, DOMINI,
ab Ionici adolescentibus ja-
ctum retis cujusdam, compa-
ratum, emptumq; sed piscium
locò tripodem aureum è maris
vorticibus eductum, eun-
demq; in contentionem voca-
tum, tandem ab oraculo Del-
phico, sapientissimo Græco-
rum fuisse primò nuncupa-
tum. Si nova veteribus, con-
sequentia antecedentibus, Et
sacraminus religiosus conferre
licet,

A 3

DEDICATIO.

licet, Tripodis hujus ratio expiscati, cum nostri partibus operis, plurimum similitudinis habere comperietur. Votivum Apollini munus è metallo conflatum traditur pretioso: Idem in Tractatu nostro, si ejus viscera penetrabitis, reperietis. Tripodem aureum è profundo Oceani sinu retis jactus hominibus impertivit: quot nobis lucubrationes in-eunda, quot labores exhauriendi, quantumq; sollicitudinis obeundum, antequam Thermae nostrae eo, quo decent, modo praescribantur, ac praeparentur? Verum hoc unum in
utrumq;

DEDICATIO.

utrumq; discrimen, quod Tri-
pus ille, simul ex retibus ex-
tractus, non parum disfidii,
cui addiceretur, exciuit: Tra-
ctatus verò hic noster iure
publico donandus, necdum in-
cudi mandabatur, cum illius
inauguratio certo certior con-
stitit & innotuit. Vobis enim,
Illustrissime, Perillustres, No-
biles, ac Generosi DOMINI,
DOMINI, has Thermas con-
secrare volui, debuiq; Tibi,
præprimis, Illustrissimo Do-
MINO JULIO, Comiti à Ja-
roschin, qui præter Nobilis
stemmatis conspicuitatem,
tantas à natura accepisti do-
tes;

DEDICATIO.

tes ; hæc certò aliis fuit aliquantum mortalibus parcior, ut in Te unum videretur profusior ; sapientiam in omnium rerum genere summa cum probitate conjunctam tenes, ut in Te procul dubio præ cunctis hoc quadrat elogium :

Quem tellure ducem Germanâ
dixero natum,
Qui mage Te variis studiis sit
artibus aptus ?

Tibi non minus Prænobili, ac
Generoso DN. FRIDERICO
MAXIMILIANO à RE-
THEL, hunc meum laborem
donare volui, scio enim ani-
mum Tuum his summopere
dele-

DEDICATIO.

delectari, multosq; Tibi au-
thores esse, hinc inter illos nu-
merari volui. Sed quid de
Te Prænobili DOMINO ELIA
MICHAELE à BACH-
STEIN, dicam? Sciunt enim
omnes, quod dicere volo, præ-
ter innumera alia nature mi-
racula Te instructissimam te-
nere Bibliothecam, è qua nu-
per liberali manu meam locu-
pletasti, vicissim igitur Tuæ li-
beralitati, si hoc tractatu non
satis fiet, cum tempore si mu-
nificentissimo Vestrarum vir-
tutum rore me aspergetis, plu-
ribus faciam. Interim verò
sitis hujus Tractatus Caput,

A 5

Ocu-

DEDICATIO.

Oculus, Gemma, *imò* Coro-
na *fulgidissima*, quæ comple-
bitur suo

Sardonychas, Smaragdus, Ada-
mantas, Jaspidas auro.

*Et Zoilos, ac Aristarchos ini-
quos, non enim defuturos il-
los perspectum habeo, Vestra
Auctoritate ultra Thulen abi-
gatis, ut Thermae nostræ non
à Theonino dente, atq; à vi-
perinis Momi insultibus tur-
bentur, sed ut claras ipsi in-
trare, ac Vobis vitam dare,
possit, nam:*

Non est, vivere, sed valere,
vita.

Valea-

DEDICATIO.

*Valeatis igitur aeternum &
felicissimè perpetuò guberna-
tis.*

Illustrissimi, Perillustrium,
Nobilium, ac Generosorum
DOMINORUM

*Datum Wratislaviae è Mu-
seo meo, mense Octobris,
Anno 1676.*

Observantissimus

AUTHOR.

A 6

IN



IN
THERMAS
ARTIFICIALES
E SEPTEM PLANETARUM
MINERALIBUS COM-
POSITAS
AUTHORE,
JOAN. HORATIO MOLITOR,
Philosophiæ & Medicinæ
Doctore.



JOAN.



JOANNES HORATIUS
MOLITOR.

Septem Anagrammata.

A Latio novis orno Ther-
mis.

Lito fanus amori, & honori.

Unio lates in amoris thoro.

Solii honor natus à merito.

O si munio, honor alit artes.

Uniet Soli à throno amoris.

Io! sanè honos molitur arti.



A 7

ALa-

N.

Alatio Thermas Molitor moli-
tur, Honori

Quas juvat artificii composuisse
manu.

Virtutem Astrorum tribuunt mi-
neralia, Solis

Indita vis, Veneris gratia, præ-
stat opem:

Jupiter instillat, format Cyllenius
artem,

Cynthia, Saturnus, Mars, co-
mitantur opus.

Orno novis, cœli dum spirat gra-
tia, Thermis,

Authoris proprium nomen ab
arte refert;

Nomina sæpè suis si sint conformia
rebus,

Magna sub hoc virtus schemate
nata latet.

Defluit ex astris virtus in viscera
terre,

Perdita quâ miseris restituenda
salus. Vest-

Vesicae & renum cruciet si calculus
ingens,

Inficiat scabies si nocitura cu-
tem.

Si gravis infestet capitis suprema
catarrus,

Atq; catachysmus pectoris ima
premat.

Dragmate sub certo medicis bis
utere Thermis,

Indita vis celerem suppeditabit
opem.

Contractis ex hoc veniet medica-
mine nervis

Subsidium, cedent ulcera, pbleg-
ma, lues:

Exilium Podagra Thermarum my-
stica virtus

Insinuat, palmam chiragra pres-
sa dabit:

Matricis purgat vitium vis inclyta,
philtrum

Mitigat, ut casti prosit amoris
opus; Coli-

*Colica si teneros affligat passio ner-
vos,*

*Et nimio tumeat grande dolore
jecur,*

*Dum capitis turbant genii fomenta
dolores,*

*Constrictum pectus dum premit
asthma tuum,*

*Dum lentâ marcet corpus putredi-
ne, Therms*

*Ultere, nam virtus indita præ-
stat opem:*

*Afertis medicum dabit experien-
tia votum,*

*Et dicet, felix cura coronat oppo.
Has igitur foveat Therms vene-
randa Budorgis,*

*Quas lubet artifici suppeditasse
manu.*

In gratiam Operis & Authoris
apposuit

**EPHRAIM NASO
à LÖWENFELS.**

IN-



INDEX CAPITUM.

CAPUT I.

DE Thermis Artificialibus in genere.

CAPUT II.

An Artificiales Thermæ prævalent naturalibus.

CAPUT III.

De Thermis Artificialibus ex septem Mineralibus Planetarum.

CAPUT IV.

Declaratio ingredientium Thermarum Artificialium septem Mineralium Planetarum.

CAPUT V.

Quomodo Mineralia in terræ visceribus generentur.

CAPUT VI.

Vires omnium simplicium nostras Thermas ingredientium.

ARTI-

INDEX CAPITUM.

ARTICULUS I.

De Alumine.

ARTICULUS II.

De Antimonio.

ARTICULUS III.

De Arsenico correcto.

ARTICULUS IV.

De Ferro.

ARTICULUS V.

De Nitro.

ARTICULUS VI.

De Plumbo.

ARTICULUS VII.

De Sale.

ARTICULUS VIII.

De Sulphure.

ARTICULUS IX.

De Vitriolo.

CA-

M.

INDEX CAPITUM.

CAPUT VII.

An retineat compositum vires simplicium, quibus constat.

CAPUT VIII.

De virtutibus Thermarum Artificialium ex septem Mineralibus Planetarum.

CAPUT IX.

Quaestiones nonnullae solvuntur.

CAPUT X.

De Dispositione corporum pro Thermis nostris in genere.



CA-

AD





AD LECTOREM.

VT verissimum est illud, quod vulgò dicitur (amice Lector) Arist. c. 4. l. 1. de cœlo sub finem, DEUM & naturam ejus ministram nihil frustra fecisse; ita verissimum etiam, non omnem omnia scire: ille enim hoc, iste illo donò à DEO & natura acceptò gaudet, quod verò DEUS dedit, hominem invidere nefas est. Accepi per meum strenuum à juventute labo-

AD LECTOREM.

laborem in artibus liberalibus ac scientiis adhibitum à DEO TER Optimo, ac meis patronis arcanum præter alia nobile, Thermas scilicet Artificiales septem Mineralium, Planetarum, quæ, SUMMO NUMINI laus & gloria, multos ab aliis desperatos salvârunt, salvant, ac salvabunt. Cùm verò aliqui inventi, qui illas jam multis antè annis inventas esse proclamant, ut cap. 3. audies; coactus sum Tractatum hunc in lucem dare: spero, benevole Lector, te illum gratò animò susceptu-

AD LECTOREM.

pturum, quod si fiet, paucis
pòst annis illas publicatas ha-
bebis (hac enim vice mihi
non plus concessum erat) nul-
lum enim ego secretarium
agere peto, sed quæ scio, in
bonum publicum lubens
dabo. Vale.



CA-



CAPUT I.

De Thermis Artificialibus in genere.

Tot ferè Thermarum Artificialium, quot Authores, descriptiones esse, oculatus videt: si enim Leonhardi Fuchsii Scholæ Tubingens. Publici Profess. Institutiones pervolvantur, invenientur c. 30. hæc ad coxæ dolores recommendatæ.

R. herb. meliloti.

chamæmel.

anethi.

sem. fœnigræci.

lini, aa. m. ij.

herb.

berb. absinth. vulg.

mentha.

pulegij.

calaminth.

abrothani.

chamæpityos.

stœchados arab.

betonica.

sampsuchi.

verbasci odor.

salvia.

chamedr. ana m. iß.

bulliant in cacabo ∇ fontanâ
quoad tertia ejusdem pars diffi-
petur, dein colentur, ∇ colatæ
adjiciatur:

¶ *ris vivi. ißß.*

¶ *tri. ðiv.*

¶ *lis commun. ðvj.*

Iterum ferveant unicâ duntaxat
ebullitione, ac colentur, & cola-
ta ∇ usui servetur.

Medi-

Medicina practica Hieronymi
Capiuaccii Medici, ac Professoris
Patavini lib. 1. cap. 7, has conti-
net:

℞. *Aris vivi* ℥i.
olis ℥℥.
majorana.
serpilli.
stœchados.
calamintb. mont.
salvia.
betonica.
rorismar.
pulegii.
melissa. ana. m. j.
F. l. a. decoctum.

D. Joannis Michaëlis manuscri-
pta sequentes duas habent:

I.

℞. *fol. majorana.*
prim. veris.
chamedryos.

B

cha-

. iß.
ntana
diffi-
colatae

3vj.
ntaxat
z cola-

Medi-

4.

chamaepityos ana. m. iij.

rorismarini.

salvia. ana. m. ij.

♀ *ris vivi.* ℥. iij.

♂ *tri.* ℥. j.

II.

℞. *herb. serpilli.*

salvia.

origani.

chamaedr.

chamaepit.

fol. lauri. ana. m. iij.

rorismar.

flor. chamemill. ana. m. iij.

rad. imperat. ℥. iij.

♀ *ris vivi.* ℥. iij.

♂ *tri.* ℥. j.

Joannis Guintherii Andernaci
commentaria de nova & veteri
Medicina ultra duodecim earum
continent formulas; idem vel si-
mile habet methodus curando-
ram

rum morborum Gulielmi Ron-
 deletii, & innumerorum Autho-
 rum, quorum Thermæ solent vel
 herbis & mineralibus simul mix-
 tis, vel solùm mineralibus, ut
 Are, calce, sale, nitro, &c. con-
 stare; mutatâ solummodo dosi,
 vel numero ingredientium se-
 cundum iudicium ordinantium,
 non verò secundùm influxum
 coelestem, quem non solùm neg-
 ligunt, verùm inutilem esse
 nonnulli pagani Practici autu-
 mant, cùm tamen contrarium
 quotidiana experientia demon-
 strat, ita ut, si hujus loci esset, vi-
 vis demonstrarem; hinc etiam
 est, quod nostri moderni Practi-
 ci artificiales Thermas parvi fa-
 ciant, ignorantes errorem in
 præparatione esse, mittunt igitur
 sibi commissos patientes ad na-

. iij.
 . iij.
 . iij.
 ernaci
 veteri
 earum
 vel si-
 ando-
 rum

turales quascunque, cum tamen illæ artificialibus longè sint inferiores; ut sequenti capite audietis.

C A P U T II.

An artificiales Ther- mæ prævaleant natura- libus?

Artificiales præstantiores esse naturalibus non solum experientiâ constat, verum etiam ratione evincitur; ars enim non amplius potenti naturæ succurrit, juxta illud: ubi desinit natura, ibi incipit artifex. Ita ut multa audimus, videmus, & sentimus, quæ non audiremus, videremus, sentiremus ex natura, nisi ars succurrisset. Accedit, artificiales secundum naturam & mor-

morbi & ægri, ac influxum cœ-
 lestem posse mutari, quod natu-
 rales non admittunt, sæpè qui-
 dem mutantur à natura, sed in
 incommodum utentium, v. g. si
 habuerint in venis metalla poros
 aperientia, quibus consumptis,
 vel occlusis venis, aperiuntur
 aliæ venæ continentes metalla,
 constringentia, e. gr. vena Δ rea
 nervos mollit, vena aluminosa
 adstringit. Item in anno bissex-
 tili Thermæ naturales omninò
 noxiæ sunt ob rationes à Paulo
 de Sorbait Philosoph. ac Medic.
 Doctore & Professore Primario
 Viennensi, ac Sacræ Imperatricis
 Eleonoræ, Viduæ, personæ, Me-
 dico, ac olim Præceptore meo
 venerando fol. 524. allatas. Hinc
 caveant post annum Thermarum
 naturalium amatores. Sed:

Objiciat mihi aliquis Practicus paganus: si artificiales præstantiores essent naturalibus, malè facerent multi Practici, infirmos jubentes per tàm spatiosam viam Thermas naturales frequentare. Respond. pessimè facere eos, & experienciâ constat, non solùm incuratos, verùm infirmiores sæpè redire, qui deinde per artificiales ritè compositas, ac præparatas curantur, & à me multi curati sunt; causa autem, cur nostro sæculo infirmi mittantur ad Thermas naturales, est, quòd artificiales Thermae vel malè præscribantur, ut præcedente capite insinuatum, quando nimirum non attendunt ad cursum siderum, vel benè præscriptæ malè præparantur à famulis; audiui ipse à Practico pagano,

gano, non velle balneatorem
agere: ô dictum indignum Me-
dico! nonne Galenus ipse balnea
præscripsit, & paravit? pudet te
parare balnea & facis stercorea?
Medicus es, & pudet te medici-
nam facere?

Objiciat aliquis secundò: na-
turales curant affectus, quos ar-
tificiales non curant, & tamen
non mutantur secundum cur-
sum siderum; Quis ergò illas mu-
taret? Respond. primò: distin-
guendo antecedens: naturales
curant affectus, quos artificiales
sinistrè præscriptæ vel præparatæ
non curant, concedo; quos arti-
ficiales dextrè præscriptæ & præ-
paratæ non curant, nego. Re-
spond. secundò: mutantur secun-
dum cursum siderum à natura,
quæ illas producit; sic etiam ar-

tificiales mutandæ secundum influxum siderum ab artifice, qui illas facit. Tres enim mutationes quælibet Thermæ postulant, nimirum juxta cursum siderum, naturam ægri, & morbi; primam mutationem habent Thermæ naturales, reliquas duas non; artificiales omnes tres habere possunt, hinc præstantiores sunt Thermæ artificiales naturalibus.

CAPUT III.

De Thermis Artificialibus ex septem mineralibus Planetarum.

MIneralia latè accepta, quæ nostras Thermas ingrediuntur, sunt septem, quodlibet certo Planetæ familiare, ita ut rectè

rectè Thermæ artificiales septem
 mineralium Planetarum vocan-
 tur; cùm verò hæ Thermæ in-
 summo arcano adhuc sint, hinc
 mihi non concessum fuit, mo-
 dum præparandi, nec dosin ad-
 dere, sed solùm ingredientia, ac
 operationes publicare; siquidem
 nonnulli, nescio an stupidi, an
 docti gloriabantur, se idem scire,
 sed non velle praticare, cum ta-
 men felicissimos effectus vide-
 rint, & adhuc vident. Veniebat
 etiam paucis antè mensibus stoi-
 cus Christianus, ut cum Helmon-
 tio loquar, ac deprædicabat, se
 idem scire, nihilque aliud esse,
 quàm calx & sulphur: Helmon-
 tius te rectè Stoicum nominavit,
 quia more Stoicorum agis. Sed
 non est hujus loci, multa cum
 Stoicis agere, sed ad Thermas
 B 5 meas

meas propero, quæ non (ut aliæ) vesicas trahunt, excoriant cutem, ac alia sexcenta incommoda adferunt; sed quas sine periculo omni tempore intrare possum, & si secundum cursum siderum, naturam ægri ac morbi mutantur, felicissimos effectus edunt. Sunt autem hæc ingredientia:

Rx. plumbi mei. ℥.

concreti mei. ℥.

ferri. ℥.

sulphur. Ⓞ.

antimon. mei. ♀.

arsenici corr. ♀.

vitrioli mei. ☾.

Hic unum addere libuit, nimirum illud, quod vides, & in ipso cœlo, ac Planetarum sphaeris intueri potes: Saturnum supremum esse, cui succedit Jupiter, huic Mars, postea Sol, quem sequi-

quitur Venus, hanc Mercurius,
ultimo loco Luna statuitur. Con-
sidera velim, quòd Planetarum,
virtutes non ascendant, sed de-
scendant, dat hoc in nostris Ther-
mis ipsa experientia, quòd ex
Venere non fiat Mars, sed ex Mar-
te Venus, utpote quid inferius,
sic etiam Jupiter facile transmu-
tatur in Mercurium, quia sibi op-
positi, ac Mercurius inferior Jo-
ve, vides enim Jovem secundum
à firmamento, Mercurium se-
cundum à terra, sic Saturnus pri-
mus à coelo, Luna prima à terra,
inter quos magnam correspon-
dentiam esse non te latere debet;
Sol medius est, ideoque se omni-
bus miscet, sed nunquam per in-
feriores melioratur. Sciunt qui-
dem nonnulli & ipse vidi (ac
fieri posse D.D. Philippus Jacobus

Sachs à Levvenheimb, in Miscel-
 laneis primi anni observat. XVII.
 de auro chymico, ex diversis au-
 thoribus ostendit) ferrum in
 cuprum, seu Venerem mutare,
 sciunt è Jove facere Mercurium,
 sunt etiam, qui è Saturno confi-
 ciunt Lunam, sed eorum labor
 ab eo, qui in nostris Thermis exi-
 gitur, longè diversus est; si enim
 hoc modo procedere velis, prout
 illi, scias quod nihil aliud efficias
 nisi unicum metallum, quod si in
 pulverem mutes, ac s. q. butyri
 vel axungiaë porci cum modico
 farinaë & sacchari permiscebis,
 habebis medium certissimum
 occidendi quodcunque animal,
 maximè verò mures ac glires.
 Experimentum factum, dum An-
 nò 1673. 14. Martii Bononiam
 civitatem ac universitatem cele-
 ber-

berrimam secundâ vice visita-
rem, unus ex intimis meis (cujus
nomen Antonius Tory erat) cum
se occasio offerret, (Chymicus
enim excellens in eadem domo
habitabat) nostras Thermas juxta
novum processum, quem Vene-
tiis à nonnullis in transmutandis
metallis, vidit, parare conaba-
tur, mutavitq; unum in alterum
(quem laborem summo sudore
intra 14. dies absolvit) produxit
ultimò materiam partim albam,
partim citrinam, quam cum in
pulverem redegissemus, volen-
tes manè per liquorem solve-
re, nos ad cœnam contulimus: cum
autem vitrum, nescio quo casu,
quod pulverem custodiebat,
frangeretur, ac hoc modo reli-
ctus in terra pulvisculus usque
ad crastinum, more consueto

mures ac glires cubiculum visi-
 tantes (erat enim domus peran-
 tiqua non procul della chiesa di
 San Domenico) ac de novo cibo
 gustantes, manè ultra 10. inveni-
 mus publicè jacentes, sine illis,
 qui de die in diem hinc inde in-
 veniebantur; quod nos cum no-
 vum docuisset, nil amplius ex
 hoc pulvisculo facere conati su-
 mus, sed divisimus & adhuc de
 illo apud me fervo, de quo plura
 adderem, sed conor ad declara-
 tionem ingredientium no-
 strarum Thermarum
 properare.

CAPUT IV.

*Declaratio ingredi-
entium Thermarum artificia-
lium septem mineralium
Planetarum.*

I.

PLumbum meum est mistura
chymica plumbi cum alu-
mine.

2. Concretum meum est mi-
stura chymica Δ ris cum
nitro.

3. Ferrum præparatum ac in
subtilissimum pulverem
redactum.

4. Sulphur, scilicet vivum,
ætiam juxta Quercetanum
æmulatur Solem.

5. Antimonium meum est mi-
stura chymica antimonii
cum sale.

6. Ar-

CA-

6. Arsenicum correctum, hoc modo præparatum, ut etiam intra corpus sumptum non noceat; ut audies c. 6. art. 3.

7. Vitriolum meum est mistura chymica vitrioli, salis & nitri.

Si præparare noveris, benè erit, à me nil addisces, nisi fueris consummatus Astronomus, Philosophus, ac Medicus. Astronomus, ut scias quantum unus ab altero, hac vel illa hora, distet Planeta, v. g. \odot . & \updownarrow . in eodem gradu sint, æqualem postulant dosin, plura non audeo. Philosophus, ut scias naturam cognoscere. Medicus Dogmaticus, non Methodicus, qui paucis generalibus regulis contentus, experientia omnem derogat fidem: nec

nec Empiricus, qui soli experientia innititur: nec purus. Paracelista, qui Theophrastum Paracelsum secutus, omnia ferè in medicina ex sale, A re & Mercurio deducit, & veterem medicinam planè rejicit: sed Dogmaticus, seu rationalis, qui rationem cum experientia jungit, non quidem ut simpliciter Græcos & Arabes sequatur, sed ut Dogmaticam medicinam Spagyricæ prudenter jungat; prior enim ducet te in cognitionem ideæ morbi ac methodum curandi, posterior verò docebit te præparandi modum. Nunc ut vires simplicium Thermas nostras ingredientium declarentur, necesse est.

CA.

CAPUT V.

*Quomodo mineralia
in terræ visceribus ge-
nerentur?*

ANtequam ad virtutes simpli-
cium Thermas nostras in-
gredientium veniamus, dicere
oportet primò aliquid genera-
tim, quomodo mineralia in
terræ visceribus generentur, ut
dein faciliùs in cognitionem eo-
rum veniamus; producuntur au-
tem mineralia hoc modo: Post-
quam quatuor Elementa virtutes
suas projiciunt in terræ centrum,
eas Archæus destillando sublimat
calore motûs perpetui in terræ
superficiem: est enim terra po-
rosa, & ventus stillando per po-
ros terræ resolvitur in aquam, ex
qua

qua res nascuntur omnes. Sciant
 igitur sperma mineralium diver-
 sum non esse à spermate rerum
 omnium, scilicet vaporem humi-
 dum; ideò frustra laboraret, qui
 mineralia nostras Thermas in-
 gredientia in materiam primam
 (ut ante menssem nobilis Domi-
 nus, Paracelsista insignis, cum
 meas inspiceret Thermas, arbi-
 tratus est) reducere conaretur,
 siquidem illa tantum vapor est.
 Philosophi autem, dum de redu-
 ctione in materiam primam scri-
 pta posteritati mandarunt, non
 intellexerunt talem materiam
 primam, sed illam, quam nos ma-
 teriam secundam vocamus, sicuti
 Bernardus Trevisanus optimè
 disputat, quamvis non ita lucidè,
 quia de quatuor Elementis lo-
 quitur, nihilominus id dicere vo-
 luit.

Dixi

Dixi superius, sperma mineralium diversum non esse à spermate rerum omnium; Errant igitur, qui opinantur Saturnum habere aliud semen, ferrum quoque aliud, & sic cōsequenter reliqua. Idem enim in Saturno, quod in ferro, idem in Luna, quod in Mercurio invenitur; causa autem diversitatis est locus terræ diversus, quando enim ex terræ centro sublimatus vapor ille, transit per loca vel sicca, vel calida: si igitur transit vapor per loca calida & pura, ubi pinguedo sulphuris parietibus adhæret, vapor ille, quem Philosophi Mercurium vocant, accommodat se & jungitur illi pinguedini, quam postea secum sublimat, & tunc fit unctuositas, relicto nomine vaporis, accepit nomē pinguedinis, quæ

quæ postea veniens sublimando
 ad loca alia, quæ jam vapor ante-
 cedens purgavit, ubi est terra sub-
 tilis, pura & humida, implet po-
 ros ejus & jungitur illi, & sic fit
 Sol: si verò talis terra pura sit &
 mixta M ri, fit Venus, & sic de re-
 liquis. Quò enim magis depu-
 ratus locus est, eo nobiliora pro-
 ducit: nam sciendum est, quòd
 ille vapor continuò egrediatur
 ex centro ad peripheriam, eundo
 purgat loca: inde fit, quòd hodiè
 reperiantur mineræ in locis, ubi
 antè mille annos nullæ fuerunt,
 (idem de Thermis intelligen-
 dum) nam progressu suo semper
 subtiliat crudum impurum, pu-
 rum successivè secum trahens; &
 hoc modo fit reiteratio & circu-
 latio naturæ, quæ ne momentum
 temporis otiatur. Et hæc de ge-
 nera-

minera-
 à sper-
 Errant
 urnum
 m quo
 er reli-
 o, quod
 quod in
 sa au-
 s terræ
 x terræ
 ille,
 vel ca-
 or per
 guedo
 ret, va-
 i Mer-
 dat se
 quam
 unc fit
 ne va-
 dinis,
 quæ

neratione mineralium breviter
scripsisse sufficient.

CAPUT VI.

*Vires omnium sim-
plicium nostras Thermas
ingredientium.*

SI ingredientia nostrarum
Thermarum particulatim
consideremus, erunt numero no-
vem, nimirum: Alumen. Anti-
monium. Arsenicum. Ferrum.
Nitrum. Plumbum. Sal. Sulphur.
Vitriolum. Perpendebimus hic
virtutes eorum in particulari,
prout sunt extra compositum,
prout erunt in composito consi-
derabimus sequenti Capite. Dis-
tinguemus autem hoc Caput in
novem Articulos.

ARTI-

ARTICULUS I.

De Alumine.

Alumen est salsugo terræ, vim
 habet excalescendi, strin-
 gendi, & expurgandi, quæ caligi-
 nem pupillis oculorum offen-
 dunt, genarum carnem, cæte-
 rasque excrescentias extenuat.
 Putrescentia ulcera compescit:
 sanguinis fluxiones inhibet: gin-
 givas humore prægnantes com-
 primit: motus dentium firmat.
 Prodest ulceribus oris, eruptio-
 nibus papularum, & fluxionibus
 aurium. Convenit pruritui, &
 unguium scabritiis, pterygiis, &
 pernionibus. Ad pediculos, am-
 busta, tumores, & grave alarum,
 inguinumque virus auxilio est.
 Discoridis hæc sunt: omnes alu-
 minis differentia (quas vide apud
 alios

alios authores) ulcera satis ex-
siccant generosè adstringentes.

ARTICULUS II.

De Antimonio,

ANtimonium est corpus mi-
nerale, naturæ metallinæ
finitimum, dicitur & stibium, de
ejus viribus Quercetanus in de
trad. cap. 31. ita scribit: in anti-
monio sunt sexcentæ propieta-
tes, variæ ac præstantes, ut: præ-
parantes, expurgantes, vomitio-
nes concitantes, & id genus alia,
ut nunquam satis laudari queat
hoc medicamentum. Crudo ad-
hibuerunt veteres vim adstrin-
gendi, exiccandi, meatus corpo-
ris obstruendi, excrescentias car-
nis absumendi, cicatrices obdu-
cendi, ac ulcera mundificandi.

ARTI-

ARTICULUS III.

De Arsenico correcto.

UTi arsenicum incorrectum ob vim exitialem nullo modo usurpandum est; Sic correctum ob aureas, quas habet virtutes (modum corrigendi hac vice adhuc apud me retineo) non solum externè, verùm etiam internè (quod etiam cognovit Joannes Schröderus in sua Medico-Chymica Pharmacopœia, fol. 498. dum ita scribit: verùm enim verò nec facultatibus caret utilibus, scilicet arsenicum, quas intrinsecus in curanda peste, reliquisq; venenatis affectibus, ut & in scabie maligna, cana rosa, &c. conferre potis est, modò, qua decet, ratione præparetur) felicissi-

C

mè

mè usurpari potest, curat enim non solum tutò & jucundè, verùm etiam citò ob sulphureas quas accipit vires. Excalescit igitur, discutit, & celeriter concoquit. Prodest tussibus, suspiriosis, purulenta extussientibus. Lichenas, scabiem aufert. Ad lepras efficax est. Vitiligines tollit. Pruritus toto corpore erumpentes sedat: regium morbum emendat; facit ad gravedinem & destillationes, podagricis conducit: gravitatem auditus sanat. Lethargicos excitat.

ARTICULUS IV.

De Ferro.

DIversis ferrum dotatum est viribus: adstringendi scilicet, & aperiendi. Constat enim
 ex

ex Mercurio & sulphure minùs
liquabili, crudiori, seu si mavis,
ex Δ re & sale, quæ partibus ter-
reis immixta sunt. Vis igitur ape-
ritiva in volatiliori potissimū re-
sidet parte, ac proinde in sale: vis
adstrictoria in fixiori, adeoque
in terra latitat. De his, qui ul-
terius erudiri cupit, adeat pro-
blem. Horst. decad. 7. q. 2.

ARTICULUS V.

De Nitro.

Nitrum, Baurach Arabibus,
Chymicis cerberus chymi-
cus, vim habet putredini resisten-
di, sitim, ac æstum compescendi,
tartaream saburram incidendi,
coagulatos sanguinis grumos re-
solvendi, dolores mitigandi, hu-
mores evocandi, qui in alto con-

C 2

cre-

creverunt. Præterea tormina sedat. Lepras abstergit. Inflationes, purulentas aures, & sonitus earūdem sanat: Sordes expurgat. Canum morsibus medetur. Furunculos aperit: oculis ad claritatem visūs succurrit. Calculum renum & vesicæ prohibet. Aperit obstructiones hepatis ac mesenterai. Plura vide in pharmacia bipartita Theodori Corbeji Med. D. Hervordiensis fol. 432.

ARTICULUS VI.

De Plumbo.

ET si plumbum sit metallum vilissimum, ac Saturno consecratum, eo quod lienosis affectibus (quibus & Saturnus dominatur) succurratur, attamen multis auxilio fuit. Refrigerat enim, ad-

adstringit, incrassat, libidinem
reprimat, ulcera carnibus implet,
cicatrice obducit, excrescentiis-
que liberat, ulceribus cheroniis,
quæ vocant, malignis, cancrofis,
& putredinosis summopere con-
venit.

ARTICULUS VII.

De Sale.

SAL, inquit Quercetanus, est
corpus siccum, dissolvendi,
detergendi & evacuandi vim ha-
bens. Salis enim natura in com-
mune perquam utilis est: adstrin-
git, abstergit, expurgat, dissipat,
reprimat, extenuat, & crustas in-
ducit, quin & à putredine vindi-
cat, pforas abstergit, excrescentia
reprimat, pterygia consumit, cæ-
terasque carnis extuberationes

C 3

tol-

tollit. Discutit lassitudines, ac hydropicorum tumores: dolores mitigat, & pruritus sedat. Dioscorides hæc scribit: Sal humores supervacuos tenuat, & absorbet, & quidquid in corporibus præternaturam humidum est, id totum absument, reliquam solidiorem substantiam cogit, contrahit, & impensè exiccat, & à putredine vindicat, gingivas humidiores, aut putrescentes persanat: oedemata & hydropicorum tumores minuit, laxatos, & podagricos juvat: pruritus, lichenas, lepras, pforasque & ulcera serpentia fottu compefcit. Fernelius meth. medendi lib. 6. cap. 8. inquit, sal commune convenit in cruditatibus ventriculi, appetitu prostrato, obstructionibus alvi & urinæ, colicis obstructionibus, &c. Plura

ra

ra invenies apud eundem citato
loco, & apud Joannem Schröde-
rum in sua Medico-Chymica
Pharmacopœa, fol. 464.

ARTICULUS VIII.

De Sulphure.

Sulphur seu resina, sive pin-
guedo terræ calidum & sic-
cum est pectori dicatum; ape-
rit, incidit, putredini, vene-
no, venenatorumque animalium
morsibus resistit, provocat sudo-
rem; conducit in phthisi, tussi,
asthmate, peste, pestilentialibus-
que febris; discutit tumores
duros, sanat lichenes, pruritus
corrigit, epilepticos ac hysteri-
cas juvat, tantasque habet vires,
ut benè à Quercetano igni con-
feratur, ac in Thermis nostris Soli

dicatur, quas ut sciatis, dum ego chartæ & atramento parco, vos ad alias Authores relego.

ARTICULUS IX.

De Vitriolo.

Vitrioli usus tantopere fructuosus existit, ut Paracelso (in naturalibus) ac Phœdroni tertia pars Medicinæ habeatur, imò totam officinam in eo latitare prohibet. Calfacit enim, siccat, adstringit, crustas inducit, latas ventris tineas necat, vomitum ciet, purgat caput. Calculum ac remoratum urinam, teste Galeo, pellit. Asthmaticis quoque & suspiriosis convenit, limosos, rubiginosque dentes purgat, & nitidos reddit: ulcera maligna & sinus, injectum curat. In summa,

ma, ad multa utile est medica-
mentum, & qualis ejus erit præ-
paratio, talis sequetur effectus.

CAPUT VII.

An retineat compositum vires simplicium, quibus constat?

PRiusquam ad vires ingredien-
tium Thermarum nostrarum,
prout sunt in composito, decla-
randas progrediamur, quæstio
primò decidenda erit, an nimi-
rum compositum retineat vires
simplicium, quibus constat? Sunt,
qui omninò contrarium probare
conantur, ac in medium produ-
cunt Theriacam ac Methrida-
tium, aliasque magnas confe-
ctiones, quæ longè diversas ab

C 5

ingre-

ingredientibus seorsim sumptis habere virtutes quotidiana demonstrat experientia, est mihi ipsi pulvis alexipharmacus, cujus ingrediētia, si seorsim sumantur, nullo modo pellunt venenum, movent sudorem, appetitum excitant, adstringunt, &c. si verò ut compositus 3β. exhibeatur, venenum omne pellit, sudorem copiosissimum movet, nullam post se debilitatem, vel intemperiem relinquens, appetitum excitat, fluxum symptomaticum inhibet, criticum verò sinit, ac sexcenta alia commoda præstat pulvisculus iste nunquam satis laudabilis, quo multi cives in nostra hac Wratislaviensi civitate laqueis mortis evaserunt, inter quos non ultimum locum habet civis ac Bibliopegus Senior, Georgius

Zim

Zimmermann/Vir Annorum 56.
 qui hoc pulvisculo ac paucis aliis
 medicamentis à me exhibitis, à
 variis symptomatibus nuper li-
 beratus ac sanus vivit, vivatque
 homo optimus. Idem factum ar-
 culario Wenceslao Benisch, in
 domo prænobilis Domini Mar-
 tini Francisci Molitor in Camera
 Cæsareæ, Regiæque Majestatis
 Wratislaviensi Concipistæ, Do-
 mini parentis mei honoratissi-
 mi, habitanti, ac Mariæ Brestin
 penes Burgum famulanti, mul-
 tisque aliis, quos ob defectum
 spatii silentiò prætereo, ac ad
 quæstionem meam redeo; con-
 trarios enim huic sententiæ jam
 audio murmurantes, dicendo:
 Compositum habere vires sim-
 plicium, quibus constat; Probant
 ex Galeno 10. ad Glauconem, qui

individuo vētriculum frigidum, hepar calidum habenti propinat ptisanam cum pipere, & quibus utrumque affectum simul tollit (piper enim grosso modo contuso, diu hæret in stomacho, ipsumque calefacit, neque hepati nocet; Ptisana verò, ut medicamentum liquidum, citò transit ad hepar, ipsumque contemperat) quod non fieret, si compositum non retineret vires simplicium.

Ad conciliandos authores dico: compositum aliud esse cum perfecta unione simplicium inter se, aliud cum simplici mistione, illi de primo, isti de secundo intelligendi sunt; cum verò nostræ Thermæ sint compositum, habens perfectam unionem simplicium inter se, hinc etiam diversos edunt effectus, quàm simpli-
cia

cia seorsim sumpta, quos sequen-
ti capite audies. Pro coronide
hujus capitis

Quæres : cur ii, qui calidum
jecur habent, stomachum ple-
rumque frigidum obtineant? Re-
spond. tum quia major calor dis-
sipat & attrahit minorem; vel
quia qui sunt calido jecore præ-
diti, cum tempore fiunt hypo-
chondriaci, multis obstructioni-
bus laborantes, à quibus chylus
impeditur, ob idque magna phle-
gmatis copia in primis viis cu-
mulatur, vel ipsius stomachi ve-
næ, à porta oriundæ, frigido &
melancholico scatent sanguine,
unde frigidus semper est stoma-
chus. Qui hoc affectu, nimirum
frigido ventriculo ac calido he-
pate laborant, sæpè incurrunt in
rheumatismum, quem ob dolo-

C 7

res

res arthriticis simillimos, multi pro podagra habent, quod præterito vere in Nobili Domino Joanne à Strachvitz, studio naturali operam dante, verificatum, dicebatur enim à Medico, cujus curam tunc temporis adhibebat, ubique podagrâ laborare, optimus juvenis 17. annorum. Quod falsum esse, ut cognoscas, placet subjungere descriptionem à Paulo de Sorbait, Philos. ac Medic. Doct. & Professore Primario Viennensi, Sacræ Imperatricis Eleonoræ, Viduæ, personæ Medico, ac olim Præceptore meo honoratissimo traditam: quæ ita sonat: Rheumatismus fit, dum non tantum articuli, ut in podagra, sed etiam ipsi muscoli & iis adjacentes partes, summas habent vellicationes, & dolores arthri-

thriticis simillimos : dum nempe
 ex jecoris imbecillitate copiosi,
 iiq; serosi, generantur humores,
 qui primitus ad caput adscen-
 dunt, ac deinde totum corpus ir-
 rigrant : neque ullum ob tenuita-
 tem humor iste facit tumorem
 (quamvis nonnunquam conspi-
 citur) neque facile suppuratur,
 ob ineptitudinem ; uti plerumq;
 est variolarum materia. Non ta-
 men negaverim , etiam imme-
 diatè à jecore ad ambitum cor-
 poris protrudi posse humorem
 hunc serosum, si nec capitis, nec
 occipitis, nec colli, aut scapula-
 rum, præcesserit dolor : plerum-
 que tamen ob tenuitatem, pri-
 mum in caput sublimatur, deinde
 cadit in subjectas partes, in qui-
 bus universalem dolorem, eum-
 que vagum excitat.

CA.

CAPUT VIII.

*De Virtutibus Ther-
marum artificialium ex se-
ptem mineralibus Pla-
netarum.*

AUdivistis in superioribus virtutes simplicium, nostras Thermas ingredientium, prout sunt extra compositum; prout sunt in composito, in hoc capite tractandæ veniunt.

Sciendum primò est, nostras Thermas in genere omnes nervorum & articulorum dolores, matricis affectus, paralyfin, calculum renum ac vesicæ, catharros ac rheumatismos curare. Et si augeatur dosis mineralium Planetarum calidorum & siccorum: intemperiem frigidam ac humi-
dam

dam corrigent, omnesque morbos ex pituita natos auferent.

Præter hos effectus in genere enumeratos, multos alios edit, si nimirum hoc vel illud minerale, hæc vel illâ horâ (quodlibet enim minerale certo tempore pro nostris Thermis, ut sæpè dictum, præparandum est) augeatur & præparetur.

Si enim primum minerale in hora Saturni præparetur, ac ejus dosis in composito augeatur, utiles sunt ventriculo, lieni, renibus succo crasso ac viscido repletis. Profunt colicis, auxilium adferunt in exulcerationibus vesicæ.

Si secundum minerale in hora Jovis præparetur, ac ejus dosis in composito augeatur, profunt difficilè spirantibus, & asthmaticis,

her-

se-

z-

oribus

ostras

prout

prout

capite

ostras

s ner-

lores,

n, cal-

athar-

e. Et si

n Pla-

orum:

humi-

dam

ticis, anasarca, ictero, uteri mor-
bis, albo potissimum fluori. Con-
ceptionem juvant, ac sterilita-
tem removent. Caninae appeten-
tia succurrunt.

Si tertium minerale in hora
Martis praeparetur, ac ejus dosis
in composito augeatur: Gonor-
rhoeam curant; Profunt mulie-
ribus, quae immodicè purgantur,
& iis, quae sine manifesta causa
crebrò abortire consueverunt,
medentur etiam externis ulceri-
bus, quae fluxionibus abundant,
nec non nervis resolutis, & iis,
qui tardiùs concoquunt.

Si quartum minerale in hora
Solis praeparetur, ac ejus dosis in
composito augeatur: sanguinem
concretum dissolvunt, corpus
minuunt, & ad maciem ducunt;
profunt ventriculo frigido & hu-
mido,

mido, scabiem ex pituita natam sanant, si necdum expulsa, prurimum excitant, quem post aliquot dies rursus sanant, philtrum infallibiliter curant. Illarum vapor gravitatem capitis, & aurium dolores, ex pituita natos corrigi-
git.

Si quintum minerale in hora Veneris præparetur, ac ejus dosis in composito augeatur: malum corporis habitum, qui ex pituita emendant, profunt nervorum vitiis, thoraci, qui destillationibus infestatur: cutem emendant, & scabiem sanant intra octo dies, ac flatus discutunt.

Si sextum minerale in hora Mercurii præparetur, ac ejus dosis in composito augeatur: profunt nervis tensis, contractis, tremulis & eorum dolores sedant:
ar-

artuum tumores evocant, & discutunt. Medentur ergò podagræ, chiragræ, coxendicum, aliorumq; articulorum morbis. Pellunt etiam dolores jecoris, lienis, uteri, & eorundem tumores discutunt, lentigines tollunt, impetigines & vitiligines emendant.

Si septimam minerale in hora Lunæ præparetur, ac ejus dosis in composito augeatur, memoriam confirmant, capitis doloribus conferunt, visum, auditumque acuunt, fracturisque ossium opitulantur. Et hæ sunt virtutes ac operationes Thermarum nostrarum breviter expositæ, si enim omnes eo modo, quo debuissent, exponendæ fuissent, in ingens hic Tractatus excrevisset volumen.

Quæ

Quæres: quid ex Thermis nostris fiat, si eo modo ac eo tempore, quo debuissent, non præparentur, & quo signo cognoscantur Thermæ legitimè præparatæ ab illegitimis? Respond. si eo modo non præparentur, produci poterit pulvis, cujus cap. 3. mentio facta est; si verò non iusto tempore fiant, accipies chaos nullius virtutis; legitimæ ab illegitimis cognoscuntur è duratione: legitimæ enim durabunt ultra annum absque corruptione, si in temperato aëre custodiantur; Econtra illegitimæ vix per octiduum durant, & si diutius illas servare labores, periculum erit, ne aërem inficias ac pestilentialem reddas, ob foetorem, quem spirant. Hinc admoneo illos, qui artem præparandi nostras

stras

Quæ

stras Thermas ignorant, non in
 iis elaborandis desudent, potius
 enim expensas, quas in labore il-
 larum facere velint, coronæ stra-
 mineæ (cauponi dico) donent ac
 calidum suum confortent, liqui-
 dem hoc non solum ipsis melius
 conducet, verum etiam proximi
 periculo aëris pestilentialis vaca-
 bunt; qui fidem adhibere no-
 lunt, proprio damnô experire
 possunt.

CAPUT IX.

Quæstiones nonnul- le solvuntur.

EXposui in antecedenti Capite
 vires nostrarum Thermarum
 ea brevitate, qua potui. Nunc
 nonnullæ in hoc Capite quæstio-
 nes

nes solvendæ veniunt præcedens
Caput attingentes. Hinc:

Quæres I. an securè catharris
obnoxii, catharrum hîc strictè
sumo, prout nempè fluxus est ad
pulmones & ventriculum de-
cumbens: in genere enim quæli-
bet fluxio catharrus dicitur, & si
ad nares, coryza; si ad fauces,
bronchos; qui in extimas cor-
poris partes rheumatismus, &c.
quod à Gerardo his versibus ex-
primitur:

*Dum fluit ad pectus dicetur
rheuma catharrus;*

*Ad fauces bronchos; ad nares
dico coryzam.*

An inquam securè catharris
obnoxii Thermas nostras intrare
possint? Quamvis multos mihi
contrarios scio, me minimè ad-
mirante, cœcus enim de colori-
bus

bus judicare non potest; dico omninò, securè posse illas intrare, & hoc feliciter hoc anno 1675. 12. Septembris in cive ac Bibliopogo Seniori, Georgio Zimmermann/Viro 56. annorum, nostris Thermis utente, ac tunc temporis variis morbis grassantibus, dicto die, manè circa horam quartam in catharrum non contemnendū, ita ut vox aliquomodo impediretur, incidit; Cùm autem vesperi cōstitutum esset, dicto manè septimâ vice ob calculum & affectum arthriticum nostris Thermis uti, dubius horâ septimâ manè mittebat ad me interrogatum, an liceret illi Thermis nostris uti in tam enormi catharro? Ego cùm scirem, à me ante usum Therमारum illius corpus optimè præparatum esse, omni-

omninò concessi, quod cum factum esset; vix spatio unius horæ in illis sedens omnis catharrus evanuit, quod apud Dominum Caldenbach, multosque alios summâ admiratione narravit; quod idem multis aliis in nostra hac VVratislaviensi urbe accidisse notum est, quorum nomina ob certas rationes non publicanda censeo.

Quæres 2. de colicis, quomodo nimirum primum minerale, quod plumbum statuitur, tantam vim externè habeat, flatu ac dolores colicos discutienti, cum tamen de hoc, cap. 6. art. 6. de plumbo, nil dictum sit? Respond. cap. 7. quæstionem hanc solutam esse, dum compositum perfectam habens unionem, diversas à simplicibus seor-

D

sim

fim sumptis obtinere virtutes,
 probatum est; præterea nostrum
 plumbum quoniam præparatur
 cum Sulphure, magnam vim dis-
 cutiendi acquirit, ita ut non so-
 lum nostræ thermæ dolores ac
 flatus colicos discutiant, verum
 etiam arthriticum morbum, qui
 per humorum metastasin sæpè
 colicis accidit, prohibent; uti
 etiam paralyfin orientem ab ea-
 dem humorum metastasi, qui ab
 intestinis spinæ dorsi, & nervis
 communicantur: & cum non
 tantum sint biliosi sed mixti;
 non contracturam tantum, &
 ingentes pariunt dolores; sed
 etiam resolutionem nervorum,
 ob pituitosos, & serosos humo-
 res, unà cum bile ad nervos dela-
 tos, excitant: à quibus omnibus
 nostræ thermæ colicos præfer-
 vant.

Quæ

Quæres 3. an benè assertum sit, thermas nostras icterum curare, si secundi mineralis dosis in composito augeatur, Avicennas enim 15. cap. 6. ictericis balneum & motum, prohibet? Respond. affirmativè; Avicennas de balneo non absolutè, sed excessivè calido, in ictero à causa calida, intelligendus est; idem de vehementi motu censendum. Alii enim practici in ictero balneum abstergens ex decocto hordei & pisorum præscribunt, quod idem facit Paulus de Sorbait fol. 369. quod tamen nostris thermis longè est inferius.

Quæres 4. an nostræ thermæ etiam convenient in morbo scorbutico, & qualis ille sit? Respond. affirmativè, intelligitur enim sub malo corporis habitu,

adhibitis tamen etiam interne
antiscorbuticis; Scorbutus au-
tem est prava & occulta qualitas
seu dispositio toti corpori, præ-
cipue verò lieni, & visceribus
nutritioni dicatis, impressa ab
humore melancholico, seroso,
seu ichoroso, peculiari modo
corrupto orta, cum spontaneæ
lassitudinis & gravitatis, in cruri-
bus præcipue, sensu, pectoris an-
gustia, respirationis difficultate,
gingivarum corruptione, & oris
graveolentia, ac maculis purpu-
reis, in cruribus inprimis; aliisque
morbis ac symptomatibus pluri-
bus, ab eadem causa pendentibus,
conjuncta; De quo cum in-
tegrum propriâ manu ac labore
conscriptum teneam tractatum,
nunquam antehac in lucem edi-
tum, hîc duntaxat obiter illius
men-

mentionem facere volui, quem,
 volente DEO, partim quia in no-
 stra VVratislaviensi urbe pluri-
 mos cerno scorbuto infectos,
 partim quia multi chirurgi il-
 lum pro morbo Gallico habent,
 uti non diu, hîc VVratislaviæ,
 quendam scorbuticum ab impe-
 rito chirurgo quodam (cujus
 nomini parco) sudoribus & mer-
 curio præpostere tractatum, &
 ferè animam agentem, è mortis
 faucibus eripui, in lucem datu-
 rus sum.

Quæres 5. an nullum præstan-
 tius remedium contra calculum
 his thermis detur? Respond-
 vendebatur ab Anglo quodam
 centum aureis sequens contra
 calculum præstans medicamen-
 tum. Recip. Salis urinæ micro-

D 3

cosmi-

cosmicæ q. s. cui affunde succ.
limon. ad eminentiam duorum
digitorum, stet infusum donec
dissolvatur, deinde coagula, idq;
ternis vicibus repete. Dosis est
quantum cuspide cultri teneri
potest in vehiculo convenienti.
Nobile etiam medicamentum
contra calculum habetur inven-
tum, ac diu pro arcano à Paulo
de Sorbait Philosoph. & Medic.
Doct. &c. habitum illud:

Recip. pomorum aurantior.

*Limon. succulent. ana noſtro xij.
cassia r. extract. ℥iſſ.*

Incidantur limones unâ cum
corticibus, seminibus, & pulpa,
contund. iisq; cum cassia mixtis
superaffunde seri lactis capr.
℥vj. stent in infusione 24. horis;
deinde fiat destillatio in organis
vitreis: destillatum dulcoretur
pau-

pauco saccharo. Hæc est (inquit
 inventor) illa aqua pretiosissi-
 ma, hæctenus à me pro arcano
 habita, nunc verò ex charitatis
 liberalitate effusa, & proximi
 bono dicata, cui non est similis:
 hæc siquidem temperatissima
 est, nec uti reliquæ, renum in-
 temperiem auget, aut alvum ad-
 stringit, sed eam tenet apertam,
 & paulatim omnem arenarum
 saburram everrit, vimq; lapidifi-
 cam, & omnem intemperientiam
 tollit: hæc ille. Verùm multo-
 ties prædicta, ambo enim para-
 ta teneo, efficacia inveni, ac
 pro illis ingentes tam in verbis
 quàm in nummis, recepi gratias,
 attamen ubi illa penetrare non
 potuerant, thermæ nostræ pene-
 trârunt, ita ut nullum præstan-
 tius illis contra calculum inve-
 niatur remedium.

Quæres 6. cur dicantur philt-
 rum infallibiliter curare? Re-
 spond. quamvis hoc in sulphu-
 ream, quam habent virtutem,
 qua humorem frigidum cras-
 sum, qui melancholicus dicitur,
 calefaciendo attenuant, rejici-
 endum esset, attamen etiam ha-
 bent specificum quid, miracu-
 losè enim in dicto morbo ope-
 rantur, quod, omisiss aliis, atte-
 stari poterit Adamus Grigosch,
 Theologiae studiosus, tunc tem-
 poris post canonicatum habi-
 tans, cum Anno 1675. 3. Febr.
 philtro enormi correptus, ne-
 scio à qua in vino adusto, pro-
 pinato, ita ut ob vehementia
 symptomata, à multis pro de-
 sperato haberetur; ex fato au-
 tem me vocârunt, quem, ut bo-
 no animo esset, jussi, ac reliqua,
 quæ

quæ melancholiam causant, interdixi. 3j fl. hyperici ex ∇ magnanimitatis propinavi, dein aliis medicamentis corpus per integrum mensem disposui, ut ad thermas aptum redderetur, quo facto thermas nostras ingressus, ac fortior egressus, vix diem alterum, ut mihi referebat, expectare potuit, tantam enim, inquit, in Excellentis D. Doctoris thermis sentiebam voluptatem, ut nihil aliud optarem, nisi ut illam verbis exprimere possem; quietissimus hac nocte eram, & quamvis sexties evigilassem, hoc tamen non ex morbo (singularem enim non amplius sentiebam dolorem) sed ex desiderio thermarum esse judicabam, tempus enim illas intrandi adesse arbitrabar, &c.

D

Quæ

Quæres 7. an thermæ nostræ
 tantum gonorrhœam in facto
 esse curent, an verò etiam illam
 in fieri: hoc est: an non solùm
 gonorrhœam curent, sed etiam
 ab illa præservent? & an possit
 fieri gonorrhœa absque conta-
 ctu venereo? Respond. thermas
 nostras non solùm gonorrhœam
 curare, verùm etiam ab illa præ-
 servare; non autem semper go-
 norrhœa à contactu venereo o-
 ritur, ut multi autumant, ac
 sanctos homines castitatem
 spondentes injuriant, digni es-
 sent tales injuriantes, ut supra
 illorum dorum mortuus bos,
 ut cum Plinio loquar, equitaret;
 fit enim sæpè ob intensum ve-
 neris desiderium, quo renum a-
 deps liquefit; vel etiam ob re-
 tentricis debilitatem; vel ob re-
 solutionem.

Quæ-

Quæres 8. an furor uterinus etiam inter affectus matricis, quos thermæ nostræ pellunt, numerandus sit, & quomodo distinguatur ab hysterica passione? Respond. furorem uterinum omninò numerandum inter affectus matricis, quibus nostræ thermæ auxilio sunt, valent enim acrimoniam sanguinis & seminis corrigere, quæ est vera causa hujus affectus; differt autem hic affectus ab hysterica passione, quod hæc à sanguine corrupto, & maligna quadam narcosi; ille verò à semine copioso, acri & calido, originem trahant; quo affectu communiter foeminae, virgines, dico, & viduæ, ac philtratorum, seu ligatorum & impotentium uxores, nisi à pseudomedicis, quorum nume-

rus infinitus est, præservantur, laborant, quæ etiam ex colore rubicundo, labiis siccis & fissuras habentibus, quoniam hæc matricem siccam esse significant, cognoscuntur, tales enim salaces esse solent.

Quæres 9. quomodo nostræ thermæ sterilitatem removeant, & qualis, ad vitandam sterilitatē, debeat esse proportio inter maritum & foeminam? Respond. nostræ thermæ exsiccando superfluos humores uteri, removeant sterilitatem; talis autem debeat esse proportio inter maritum & foeminam, qualis desideratur ab Aristotele in de generatione animalium, & 2. de anima: utpote, ne mulier sit maximè phlegmatica, & vir cholericus; vel vir melancholicus, & mulier fan-

sanguinea: taliter enim ob nimiam improportionem oritur sterilitas à nullo nisi pseudomedico curanda: deinde vitanda est magna ætatum & sanitatis disproportion: si enim vir sit annosus & cachecticus, absque dubio generabit semen aquosum, quod in utero non faciet moram, sed brevi diffluet. Et hæc captivitatē matrimonialē ingredi desideranti accuratè prius pensanda sunt.

Quæres 10. an utero gerentes nostris thermis uti audeant, & quæ potissimum causæ sint abortûs? Respond. omninò securè nostris thermis uti possunt, maximè si sequentes duæ causæ, quæ potissimū abortum faciunt, primò auferantur. Sunt autem plethora & cacochymia, hæc est humorum

morum excessus in qualitate, illa
 in quantitate; hic corrigitur ve-
 næfectione, ille purgatione; ve-
 næfectio primis mensibus cele-
 branda, quibus foetus tanto ad-
 huc non eget alimento. De pur-
 gatione audiendus est Hippocra-
 tes 4. aph. 1. ita inquit: mu-
 lieres in juniori & seniori foetu
 cavere purgationem oportere.
 Item: Utero gerentes sunt me-
 dicandæ, si materia tuget, quarto
 mense, & usque ad septimum.
 Tunc temporis enim foetus ute-
 ro fortius adhæret. De reliquis
 abortûs causis vide sexcentos au-
 thores, qui de hac materia scri-
 pta posteritati reliquerunt. Cœ-
 teras quæstiones, si quæ erunt, in-
 genio vestro solvendas. relin-
 quo.

De dispositione corporum pro thermis nostris in genere.

NOta erunt omnibus practicis incommoda, quæ superveniunt iis, qui sine omni dispositione balnea simplicia intrant; multò majora acciderēt incommoda, si quis indispositus nostras ingrederetur thermas; ita ut si quis fructum aliquem ex nostris velit haurire thermis, necesse est, ut corpus disponatur, ac impedimenta naturæ auferantur. Cùm autem quilibet practicus corpora optimè disponere nescit, idcirco dum chartæ & atramento parco, vos ad illos mitto; duntaxat hîc nonnullos monere cogor, ut si non facco (dolandum

dum enim est hominem hominē
 dæmonem esse: & argenti causa
 tot innocentes perimere, ut jure
 Poëta: quid non mortalia pe-
 ctora cogis auri sacra fames) sal-
 tem corpori patientum parcant,
 qui per medium, imò per inte-
 grum annum corpus disponunt,
 unam post alteram medicinam
 ingerendo, tot purgantia repe-
 tendo, cum non semper illis o-
 pus sit, non enim omnis materia
 per alvum tendit, cum autem
 naturæ inclinationem sequi de-
 beamus; hinc si materia ad pe-
 ripheriam inclinet, disponere o-
 portet diaphoreticis; si ad vesi-
 cam diureticis; si inclinet per
 vomitum emeticis; si per sangui-
 nis profluvium, ejus evacuatio-
 nem promoventibus; si per bu-
 bones, abscessus aut ulcera in
 par-

partibus ignobilioribus, illuc trahentibus, ne dum natura salubriter materiæ, per loca convenientia, tentat evacuationem, per medicamenta purgantia eandem concentremus, & sic hominem occidamus. Diligenter igitur dispositio corporis sollicitanda; & an purgatio, an venæsectio celebranda, lynceis oculis attendendum: quod nos Avicennas quart. prim. cap. 4. docet, inquiens: cum autem unus humor superabundat, purgatio tunc necessaria est; si verò omnes, incisio venæ: idem dicit divinus senex Hippocrates 2. aph. 8 æquales humores venæsectione, inæquales purgatione evacuandos esse. Quamvis sæpius ex ignorantia utrumque practice-tur, supponentes in corporibus

lar-

largè viventium utrumque ut plurimum reperiri; & si utrumque practicandum sit, venæsectio purgationem præcedat, evacuatio enim universalis particularem præcedere debet, teste autem Vallesio venæsectio magis universalis est purgatione; accedat missionem sanguinis melius ad purgationem ad sanguinis missionem præparare, laxando nempe vias, per quas maximè corpus expurgandum. Qui plura desiderat, adeat universalis medicinæ opera Pauli de Sorbait Phil. & Med. Doctoris ac Professoris primarii Viennensis, sacræ Imperatricis Eleonoræ, Viduæ, Medici, &c. fol. 23. Pro coronide hujus tractatus.

Quæres: Utrum benè faci-
ant Medici, negantes sui esse of-
ficii,

ficii, universam medicinam exercere: qui puerorum morbos mulierculis, dentium dolores tonsoribus, ulcera, vulnera, collectiones chirurgis, oculorum vitia circumforaneis, ramicem seu rupturam circulatoribus, puerperarum morbos obstetricibus, Gallicam luem impostoribus, luxatos, fractosque articulos carnificibus, thermas artificiales balneatoribus relinquunt? Respond. eos nec Hippocratem, nec Galenum, nec Avicennam imitari, qui universa medicinae praecepta ad amussim tradiderunt; hinc Galenus, in primis artis curativae libris, totam curandi methodum à chirurgica ratione assumpsit: unde etiam ossa è capite, lenticulari ferro, absque terebratione, extrahendi

artem

ne ut-
trum-
fectio
vacua-
ricula-
te au-
magis
acce-
nelias
guinis
kando
ximè
plura
s me-
orbait
rofes-
facrae
iduae,
roni-
faci-
se of-
ficii,

artem docuit : herniam, puer-
 perarum, infantumque passio-
 nes accurate descripsit : idem
 fecerunt reliqui. Qua igitur
 conscientiam hanc agendi provin-
 ciam rudissimis deceptoribus
 tradere aut committere pote-
 runt ? Verum dicent fortasse,
 sufficere, si se spectatores præ-
 beant, & victus rationem præ-
 scribant. Respond. cum Paulo
 de Sorbait, olim præceptore meo
 honoratissimo : non esse specta-
 tores, sed potius discipulos, qui
 rei substantiam ignorantes, im-
 postorum leges sequi coguntur :
 & quomodo veram ordinabunt
 diætam, cum nullam affectus ha-
 beant cognitionem ? Mutilus i-
 taque est Medicus, qui omnia
 prædicta propriis manibus, & in-
 dustriam perficere sibi non confi-
 dit ;

dit; longèq; honestiùs & laudabiliùs est, ut sit actor, quàm spectator; agenda omnia jubeat, quàm jubeatur; quia autem præter reliqua in nostra Wratislaviensi civitate difficultatem non minimam video in curanda lue venerea, ita ut vix medicus sit, qui illam aggredi tentaret, imò cum non diu hominem aliàs egregium, lue venerea laborantem, curassem, à medico verba multa faciente, sed parùm præstante admonitus, ne similia aggrederer, cui risu dixi, quæ huic chartæ non insignanda; cùm inquam non minimam difficultatem in curanda lue venerea video, animus mihi est methodicam curam, quæ multis profuit, neminem læsit (non

puer-
affio-
idem
gitur
ovin-
ribus
pote-
asse,
præ-
præ-
Paulo
e meo
pecta-
s, qui
s, im-
antur:
abunt
us ha-
tilus i-
omnia
, & in-
confi-
dit;

(non enim violenta est) in lucem edendi, cui similem non invenies, etsi omnia medicorum scripta hactenus edita perolveres. Et his promissis tractatum meum concludo.

Meritò itaq; sit Benedictus DEUS, ex cujus inexhausta munificentia hocce nobis innotuit medicamentum.



In-



Index rerum.

A.

- Abortus causa.* 63
*Aliorum auth. Th. constant. vel so-
lis mineralibus, l. cum herbis.* 5
Aluminis historia. 25
*Andernaci Guintherii Th. arti-
fic.* 4
Antimonium Authoris quid. 17
Antimonii historia. 26
Arsenici correcti historia. 27
*Arsenicum incorrectum non usur-
pandum.* *ibid.*
Arsenici vera correctio secreta. *ib.*
*Artifex mutare debet therm. ar-
tif. secundum cursum siderum.* 10
*Astronomus esse debet preparator
thermarum.* 18
Authoris admonitio. 47.48
*Author multos thermis art. cura-
vit.*

in lu-
non
dico-
per-
sis

lictus
unifi-
uit

In-

vit, quos naturales non cura- runt.	8
Authoris therma VII. habent mi- neralia.	10
ad huc sunt in summo arcano.	11
thermarum mineralia expo- nuntur.	12
labor ab aliis diversus.	14

B.

Baurach quid.	29
Bononia experimentum factum oc- cid. glires.	14
Butyrum contra mures & gli- res.	ibidem.
Butyri huius experimentum.	15.

C.

Calculi remedium.	57
Capivacii Hieronymi th. artific.	3
Catbarrus quid.	49
Causa cur practici naturales ther- mas amant.	5
Cerberus chymicus quid;	29
	Coli.

cura-
8
at mi-
10
no. 11
expo-
12
14
29
um oc-
14
gli-
bidem.
15.
57
ific. 3
49
tber-
5
29
colic-

Colicos dolores ac flatu ther. aut b.
discutiunt. 51. seq.
Compositum an retineat vires sim-
plicium. 35
Concretum authoris quid. 17
Corporis dispositio diligenter sollici-
tanda. 67
Correctionem arsenici author sibi
servat. 27

D.

Declaratio ingredientium ib. au-
thoris. 17
Definitio rheumatismi. 40

F.

Ferri historia. 28
Fuchsi Leonbardi therma ar-
tif. 1
Furor uterinus inter affectus ma-
tricis numerandus. 61
differt ab hysterica passione. ib.

E unde

unde originem trahat. *ibid.*
qui illo affectu laborant. *ibid.*

G.

- Galenus totam curandi methodum
à chirurgica ratione assum-
sit. 69
Gonorrhœa non semper à conta-
ctu venereo oritur. 60
curant illam *th. auth.* *ibid.*
Guintberii Andernaci *therma ar-*
tif. 4
Guilelmi Rondeletii *th. art.* 5

H.

- Hieronymi Capivacii *therma art.* 3
Historia aluminis. 25
 antimonii. 26
 arsenici correcti. 27
 ferri. 28
 nitri. 29
 plumbi. 30
 salis. 31
Sul-

ibid.
ibid.

Sulphuris. 33

Vitrioli. 34

Hysterica passio unde originem tra-
bat. 61

odum

Sum-

69

onta-

60

ibid.

a ar-

4

5

I.

Jecur calidum habentes, cur ven-
triculum frigidum obtineant. 39

Influxus caelestis considerandus in
th. art. 5

Joannis Guintberii Andernaci th.
art. 4

Michaëlis th. artif. 3

L.

Labor authoris thermarum diver-
sus ab aliis. 141

Leonardi Fuchsii therma artif.

art. 3

25

26

27

28

M.

Medicus esse debet preparator ther-
marum. 18

29

30

31

dogmaticus quis. 19

Sul-

E 2

empi-



ibid.
18
19
70
negan-
m me-
58. seq.
a qui
69
que a-
14
15
alterum
14
3
niun-
23
11
17
20
rsun. 21
aporem
ibid.
Mo-

Modum corrigendi arsenicum au-
thor sibi servat. 27
Mutationes tres qualibet tberma
admittunt. 10
Mutilus medicus quis. 70

N.

Natura mutat naturales tb. juxta
cursum siderum. 9
Nitri bistoria. 29

P.

Philosophus esse debet preparator
tberm. 15
Pbiltrum curant tberma aucto-
ris. 58
Pbiltro correpti exemplum adduci-
tur. ibid.
Plumbi bistoria. 30
Plumbum auctoris quid. 17
Pseudomedicorum numerus infi-
nitus. 61
Purgatio quando sit necessaria. 67

E 3

Reme-

R.

Remedium contra calculum. ss. seq.	
Rheumatismi definitio.	40
Rondeletii Gulielmi tb. artif.	5

S.

Salis historia.	31
Scorbutus quid.	54
Sol quomodo fiat.	23
Sperma mineralium non diver-	
sum.	21
est vapor humidus.	ibid.
Sphaera planetarum exponitur.	12
Sterilitatem remouent tb. autho-	
ris.	62
qualis ad illam vitandam debe-	
at esse proportio inter mari-	
tum & foeminam.	ibid.
Sulphuris historia.	33

T.

Therma artif. Hieron. Capivacii.	3
Joannis Michaëlis.	ibid.
Guin tb. Andern.	4
	Leon-

	<i>Leonhardi Fuchsi.</i>	1
<i>.seq.</i>	<i>à modernis pract. cur parvi a-</i>	
40	<i>stimentur.</i>	5
5	<i>sunt prestantiores natural. 6. 10</i>	
	<i>habent, quod naturales non ha-</i>	
31	<i>bent.</i>	7
54	<i>aliquando malè preparantur. 8</i>	
23	<i>prescribantur. ib.</i>	
<i>er-</i>	<i>mutanda secund. cursum sid. ab</i>	
21	<i>art.</i>	10
<i>ibid.</i>	<i>authoris VII habent mineral. ib.</i>	
<i>r. 12</i>	<i>ad huc sunt in summo arcano. 11</i>	
<i>utbo-</i>	<i>mineralia exponuntur. 12</i>	
62	<i>declaratio ingredientium. 17</i>	
<i>debe-</i>	<i>virtutes. 42</i>	
<i>mari-</i>	<i>legitimæ ab illegitimis unde</i>	
<i>ibid.</i>	<i>cogn. 47</i>	
33	<i>Thermæ auth. dolores ac flatu co-</i>	
	<i>licos discutunt. 51. seq.</i>	
	<i>ictærum curant. 53</i>	
<i>acii. 3</i>	<i>conveniunt in morbo scorbuti-</i>	
<i>ibid.</i>	<i>co. ib. seq.</i>	
4	<i>sunt remedium contr. calcul. 57</i>	
<i>Leon-</i>	<i>E 4</i>	<i>Ther.</i>



<i>Therma aurb. pbiltrum curant.</i>	58
<i>Gonorrhœam non solum curant,</i>	
<i>sed etiam ab illa præserv.</i>	60
<i>furori uterino auxilio sunt.</i>	61
<i>sterilitatem remouent.</i>	62
<i>utero gerentes an illis uti aude-</i>	
<i>ant.</i>	63
<i>quid illis sit faciendum, qui fru-</i>	
<i>ctum ex his thermis velint</i>	
<i>haurire.</i>	65
<i>Therme natur. in anno bissextili</i>	
<i>sunt noxiæ.</i>	7
<i>mutantur secund. cursum sid. à</i>	
<i>natura.</i>	9
<i>qualibet trib. mod. mutandæ.</i>	10
V.	
<i>Venæsectio quando sit necessaria.</i>	67
<i>magis universalis est purgatione</i>	68
<i>Venus quomodo fiat.</i>	23
<i>Virtutes Thermarum aurboris.</i>	42
<i>Vitrioli historia.</i>	34
<i>Vitriolum aurboris quid.</i>	18
<i>Utero gerentes an th. aut. uti audeant.</i>	63
<i>quando sint medicandæ.</i>	64

APHO-



APHORISMI
MEDICI

à

*Johanne Horatio Molitor,
Philosoph. & Medicinæ Doctore,
magnâ industriâ conscripti.*

Caput I.

1. Boni Medici est, præter ea, quæ religioni necessaria sunt, non multos ægros (multò minùs externa) suscipere. Variis enim morbis ut mens opprimitur, ita corpus fatigatione continuâ marcescit.
2. Prudentis Medici est, insanabiles ac desperatos morbos non curare, ne hominem occidisse, qui forte suâ interiturus erat, existimetur.
3. Dubias valetudines, sine certa tamen desperatione suscipiat, ne

E s ces-

ant. 58
urant,
o. 60
t. 61
62
aude-
63
i fru-
velint
65
Sextili
7
sid. à
9
da. 10
67
ne .68
23
42
34
18
ant. 63
da. 64
PHO-

cessariis tamen indicare oportet,
rem in difficili esse: alioquin vel
artem malo vinci, vel te errasse in
dicio fit.

4. Satius est tamen omnibus in re-
bus anceps auxilium experiri,
quàm nullum, plurimorum sen-
tentiâ.
5. Quæ natura salubriter & probè
operatur, ea medicum imitari o-
portet.
6. Non satis est, Medicum suum fe-
cisse officium, nisi suum quoque
ægrotus, suum astantes faciant,
sintq; externa ritè comparata.
7. Decet Medicum ægri consuetudi-
nem cognoscere in sanitate, ut
cùm res ipsi sano placentes agno-
verit, eijillas promittat, cùm ab æ-
gritudine correptus fuerit.
8. Qui, quiô morbum levet, nihil præ-
termittit, & secundum artē omnia
gerit

gerit, probi Medici officium fecit, etiamsi non omnia semper respondeant. Neque enim orator semper persuadet, tamen ubi, quod artis suæ est, fecerit, oratoris munus explevit.

9. Discordantium medicorum turba ægrotantes multos ducit ad interitum. Mutua verò ipsorum convenientia quàm plurimos ad sanitatem reducit.

10. Plus mali à medicamentis, quàm à morbo, si eo modo, quo debent, non applicentur. Optimum enim remedium est, aliquando nullum medicamentum adhibere.

11. Sufficit, ut quis dicatur occisor ægroti, si eo modo, quo debuisset, morbum non sit aggressus.

12. Potentum, & delicatorum inobedientia, ac inopum penuria, sæpe numerò Medicos à rectè agendis distrahunt.

13. Parcitas in laxando, ac in reficiendo liberalitas, duo sunt, quæ Medicum sæpè à detractorum calumniis liberum reddunt.

14. Unum hoc Medicus rectè agit, quod rectè cognoscit.

15. Omnis cognitio est per causas, medicus igitur causarum imperitus minimè verus medicus censendus.

16. Multæ ægritudines suâ naturâ sanabiles ægri negligentia & errore, consilia medicorum saluberrima respicientis, fiunt incurabiles.

17. Vehementi malo, vehementi omninò auxilio opus est.

18. Succurrendum semper parti maximè laboranti.

19. Histriionis est, exigui momenti morbum attollere: quo plus exinde præstitisse videatur.

20. Me-

20. Medici officium est, ut tutò, ut
celeriter, ut jucundè curet. Ve-
rum periculosam esse constat ni-
miam festinationem, & volupta-
tem.

21. Peregrina remedia semper quære-
re & pretiosa duntaxat, impuden-
tis est ostentationis.

22. Catharticis uti venenatis pericu-
losum est; unde ad testamento-
rum insidias sæpè oboritur occa-
sio, in qua re, & officinarum fides
necessaria est.

23. Ægrotantis proprietates nosse o-
portet, quæque amica, quæque i-
nimica sint, intelligere.

24. Alienam miseriam pudoris soci-
am indicare nefas est.

25. Nec cuivis præsidium profitenti
valetudinis desiderio statim cre-
datur: solis medicis occidendi
impunitate relicta.

n refici-
nt, quæ
rum ea-

è agit,

causas,
impe-
uscen-

turâ sa-
& erro-
luberri-
curabi-

enti o-

rti ma-

omenti
s exin-

o. Me-

26. Carnificis est pendentibus fatis,
& inter ipsos cruciatus ingens
præmium expectare: vel morbum
protrahere, vel duntaxat emove-
re, ubi extrahere omnino opus
est.

27. Barbari benè merentibus gratiam
non referunt, & valetudine con-
flictati multa promittunt, ad vitã
exinde revocati conviciis invicem
prosequuntur.

28. Famosi veneni vires, aut abor-
tiendi modum; vel quæ conce-
ptum inhibeant, indicare scelus
est.

29. Dubiæ valetudini assidere Medi-
cus debet & arteriarum pulsu vi-
res perquirere, cæterasq; notas
inspicere, quin & fideralis scien-
tiæ haud ignarus sit, necesse
est.

30. Cùm malorum futurorum inevi-
tabilium ignoratio utilior sit,
quàm

quàm ipsorum scientia: deterio-
ra accidentia superventura ægro-
tantibus ipsis haudquaquam de-
bent præfagiri.

31. Ægro, quæ bona sunt auguria,
denunciari debent; si quid ta-
men mali minatur infirmitas, ne-
cessariis tantum significare fas
est.

32. Simplicium effectus tenere summa
cura debet, ex quibus composita,
& nobilitatis & plebis auxilia, in-
ventu etiam facilia habentur.

33. Periti medici manum non protin-
us ut veniunt, apprehendunt:
sed primùm hilari vultu resident.
Sermone leni sollicitudinem sub-
movent. Nam & medici conspe-
ctus, ac alia multa de facili vena-
rum ratione turbant.

34. Variis auxiliis morbus expu-
gnandus est, alioquin consuetu-
do naturam facit.

Caput

s fatis,
ngens
orbum
move-
opus

atiam
e con-
d vitã
vicem

abor-
once-
scelus

Medi-
su vi-
notas
scien-
eccessu

inevi-
r fit,
quàm

Caput II.

35. Quorum morborum cura adeò difficilis est, ut facilè evelli nequeant, cum bono præfagio ipsorum curam attentabis, & levando dolorem patientis vitam ad tempus prolongabis.
36. Scire ergo oportet: si virtus non remaneat ad horam usque status morbi, ægotum mori contingit ex illa ægritudine.
37. Virtutis debilitas, morbi magnitudo, materiæq; peccantis indigestio sine crisi, subitam ægri mortem minantur.
38. A prima die morbi in singulis quaternis diebus ipsius morbi signa, atque morbum ipsum considerare oportet: quoniam ex his duobus non solùm principii tempus cognoscere licet; verùm etiam sæpiùs, quo tempore morbus ipse finiatur.

39. A

39. A liene morbi fiunt diuturni & melancholici, à vesicula autem fellis, breves oriuntur & acuti.

40. Quæ præsentem sanitatem ostendunt, diagnostica signa dicuntur; quæ futuram prognostica; quæ præteritam anamnistica. Major tamen utilitas est diagnosticorum & prognosticorum, quàm commemorantium.

41. Cordis tremor assiduus subitam mortem minatur; sensus verò membrorum deperditio paralytica.

42. Intensus capitis dolor, cum rubente facie, phrenesin prognosticat; facies verò rubra tumens, & ad fuscedinem declinans, lepram futuram præfagit.

43. Ex stranguria iliacus dolor in septimo hominem rapit, nisi febris cum sudore præsidium adferat.

44. Ti-

39. A

44. Timor & tristitia multa, quorum
causæ ignorantur, melancholiam
demonstrant.

45. Quoniam febrilis calor per arte-
rias & venas febricitantium gra-
ditur, ipsorum urinas oportet
considerare: circa ventrem do-
lentium egestiones; pleuritico-
rum sputa.

46. Solita juvare si juvant, bona est
eorum significatio; si verò non
juverint decenter exhibita, morbi
exitus formidandus est.

47. Facile solvitur morbus, si robur
virtutis adsit: imbecilli verò fa-
cta, citò mors accelerat. Ob id
virtutis robur ex propriis operi-
bus oportet præcognoscere &
præsertim ex iis, quæ fiunt secun-
dum pulsus.

48. Ut enim corporis affectus se ha-
bet: sic pulsus arteriæ cordis mo-
tibus incitatur.

49. Un-

49. Undosus pulsus atque insigniter mollis futuros sudores indicat, creber, celer, magnus, simul æqualis ephemeram; si aliquantò durior hecticam, si simul turgidus, plenus, ac vehemens synochum simplicem, si simul inæqualis pulmonem monstrat.

50. Rarus, tardus, & parvus indicat frigidum morbum; si simul inæqualis, humorum crassorum cocturam depiam obstruentem.

51. Pulsus in calida complexione magnus est, celer, & frequens; in frigida parvus & tardus; in humida profundus, latus, inæqualis, & mollis: in sicca, angustus & durus.

52. Ægrotudines hyeme nutrimentum capientes, in æstate finiuntur; quæ verò in æstate creverint, nisi infra dierum circuitum absolvuntur, terminantur in hyeme. Vernorum morborum autumnus liberator est; Ver autem autumnalium.

53. In

quorum
holiam

er arte-
m gra-
oportet
em do-
ritico-

ona est
ò non
morbi

robur
erò fa-
Ob id
operi-
ere &
secun-

se ha-
is mo-

9. Un-

53. In morbo stomachi certius signum ex egestione, quam ex urina sumitur.

54. Quibuscunque mulieribus ad mammas sanguis colligitur, furorem significat.

55. Si nares acutæ sint, oculi concavi, collapsa tempora, frigida contractæque aures, & imis partibus leniter versæ, cutis circa frontem dura, intenta, & arida, totius faciei color niger, aut pallidus, aut livens, aut plumbeus, malum; multoque magis si neque vigilia, nec ventris resolutio, neque inedia præcesserit.

56. Indicia mortis sunt ungues digitique pallidi, frigidus spiritus, aut si quis in veste floccos colligit, vel in adjuncto pariete, si quæ minuta eminent, carpit.

57. Do-

§7. Dolores circa coxas & inferiores partes orti, si ad viscera transierint, subitoq; desierint, mortem subesse testantur, magisq; si alia quoque signa accesserint.

§8. Cui sano subitus dolor capitis ortus est, ac somnus profundus accessit, sic ut stertat, nec expergiscatur, illi intra septimum diem pereundum est, magisq; si eum alvus cita non antecesserit.

§9. Ubi ægrotus pedes, brachia, cervicem inæqualiter dispergit, ac nudat, neque iis calor subest, mali morbi signum est. Grave quoque est, si se ipsum æger continere non valens ad pedes subinde delabitur.

§60. Stomachus cui doluerit, & acutè februerit, si in dextro pede pustula ei enascatur acerrima, & nullum desiderium habuerit, septimo die moritur.

§61. Ti-

§7. Do-

61. Timere quis debet, si crebra ul-
cera oriuntur, si corpus contra
consuetudinem incalescit, si gra-
vior somnus premat, si tumultuo-
sa somnia adsint, si sæpiùs exper-
giscitur aliquis, quàm consuevit,
deinde iterum soporatur; si cor-
pus dormientis circa partes ali-
quas contra consuetudinem in-
sudat, maximeque circa pectus,
aut cervicem, aut crura, aut ge-
nua, vel coxas.

62. Spontanæ lassitudines morbum
denuntiant.

63. Sternutamentum inter bona in-
dicia est, sic & cupiditas cibi, vel
à primo servata vel etiam post fa-
stidium orta.

64. Oblivio, quæ sanis sponte pro-
venit, comitiales morbum, aut
lethargum, aut apoplexiam de-
nunciat.

65. In-

65. Innata malitia figuræ nunquam adultis corrigitur, in crescentibus verò rarò.

66. Meatus innaturalis, qui diu manavit, ut in fistulis antiquis, absque timore gravioris incommodi, nisi manatio consueta derivetur ad proxima, obturari non potest.

67. Eos, quibus egestionis & urinæ superfluitates diutius retinentur, lumborum aut circumjacentium membrorum passiones incurrere necessum est.

68. Inter anni partes, si hyems sicca & aquilonia; Ver pluviosum & australe fuerit, æstate necesse est febres acutas fieri & ophthalmias & dysenterias, mulieribus præsertim & viris natura humidioribus.

69. Cùm æstas sit similis veri, sudores in febribus multos expectare oportet.

70. Con-

70. Contra verò si australis hyems,
& pluviosa & tepens fuerit, ver
siccum & aquilonium, mulieres,
quibus partus in ver incidit, qua-
vis occasione abortiunt, aut si
pariant, tam infirmos & morbo-
sos partus edunt, ut vel statim ipsi
intereant, vel tenues & valetudi-
narii vivant. Cæteris dysenterix
& ophthalmix sicca fiunt, & se-
nibus catarrhi perniciem brevi
allaturi.

71. Si ver pluviosum fuerit, & incon-
stans aëris mutatio, æstate expe-
ctare oportet pustulas ulcerosas
plurimas, variolas, tubercula,
abscessus, phrenesin, & omnis ge-
neris febres, quæ nulla ventris so-
lutione curantur.

72. Æstate verò sicca & aquilonia;
Autumno pluvioso & australi, ve-
hementes capitis dolores in hye-
mem & tusses, raucitates & grave-
dines, nonnullis etiam tabes ex-
pectandæ,

73. A-

73. Aquilonio & sicco Autumno,
hominibus naturâ humidis & mu-
lieribus commoditas parabitur.
Alios ophthalmiæ siccæ & febres
partim acutæ, partim longæ,
quosdam etiam melancholiæ, ma-
lè habebunt.

74. Morbi verò ipsi, & anni tempo-
ra; & periodorum inter se pro-
portionis observatio, sive eæ quo-
tidicè, sive alternis, sive majori in-
tervallo fiant, paroxysmos, &
statum morborum indicabunt.

75. Quo in morbo somnus laborem
adfert, mortiferum est: si verò le-
vationem, minimè lethale.

76. Qui parte aliqua corporis dolent,
& dolorem non sentiunt, iis mens
ægrotat.

77. Qui natura sunt valdè crassi, bre-
viore vita fruuntur, quàm qui
graciles.

F

78. In

73. A-



78. In temporibus cū eodem die
modo calor, modo frigus, autu-
mnales morbi expectandi.

79. Auster auditum hebetat, cali-
ginem visui obducit, caput gra-
vat, membris tarditatem & lan-
gvorem conciliat: cū itaque is
increbrescit, talia invalidis acci-
dunt.

80. Aquilo tusses movet, fauces ex-
asperat, alvum indurat, urinam
supprimit, horrores excitat, late-
ris & pectoris dolores facit. Hoc
itaque dominante talia infirmos
expectare oportet.

81. Magnis siccitatibus fiunt febres a-
cutæ, quod si annus talis esse per-
gat, qualem temporis statum effe-
cerit, tales ferè morbos expectare
oportet.

82. Ex tempestatibus anni in univer-
sum siccitates assiduis imbribus
salubriores, & minus mortiferæ.

83. Assi-

83. Assiduis imbribus morbi ferè fi-
unt, febres longæ, fluxiones alvi,
putredines, epilepsiæ, apoplexiæ,
anginæ, siccitatibus autem morbi
tabifici, ophthalmiæ, articulorum
dolores, urinæ & intestinorum
difficultates.

84. Quotidianæ tempestates Aequi-
loniæ cogunt corpora, firmant-
que, mobilia item, expeditiora-
que & coloratiora, & auditu va-
lentiora reddunt, alvum siccant,
oculos mordent, & si pectus do-
lor aliquis prius habuerit, exaspe-
rant.

85. Contra Austrinæ eadem solvunt,
& humectant, auditum hebetant,
caput gravant, vertiginem oculis,
tarditatem & languorem corpori-
bus adferunt, alvum hume-
ctant,

m die
autu-

cali-
nt gra-
& lan-
que is
s acci-

ces ex-
urinam
, late-
, Hoc
firmos

ebres a-
se per-
m effe-
pectare

univer-
bribus
feræ.

3. Assi-

Caput III.

86. Naturarum diversitas potissima causa est, cum longitudinis, tum brevitatis vitæ. Sunt enim, qui ab ipso ortu adeo improspere corporis statu, ut ne, si Æsculapium quidem ipsum iis præfere- ris, vel quadragesimum annum videant.
87. Naturarum diversitas potissimum in causa est, cur ab iisdem cum ad- juventur, tum lædantur homi- nes.
88. Morbi hæreditarii, licet utpluri- mum inextirpabilis existimentur esse radicis: tamen ne in deterius pullulent, convenienti victus mo- deratione prohibere possumus.
89. Hæreditarius morbus censendus est, si utroque parente, eodem morbi genere laborante, conce- ptus infans morbidus edatur. U-
no

no enim parente existente sano,
alterius seminis defectus corrigi
poterit, ut in infantem hæredita-
riè morbus non transeat, ut expe-
rientia sæpè docet, quam negare,
nimis sophisticum est.

90. Quod ad tempora verò pertinet;
Vere & prima æstate pueri, & his
ætate proximi, optimè degunt, va-
lentque maximè. Æstate verò
& autumnu ad aliquam usque par-
tem senes. Reliquo autumno &
hyeme, qui mediam ætatem a-
gunt.

91. Quilibet in quibusvis temporibus morbi fieri possunt: nonnul-
li tamen in quibusdam magis, tum
fiunt, tum irritantur.

92. Vere enim insania, melancholia,
epilepsia, fluxiones sanguinis, an-
ginæ, gravedines, destillationes,
tusses, lepræ, impetigines, vitili-
gines, & pustulæ, ulcerosæ pluri-

mæ, tubercula, articulorum dolores.

93. Æstate verò nonnulli horum, & febres continuæ, ardentes, & tertianæ plurimæ, quartanæ item, & vomitiones, alvi profluvia, ophthalmiæ, aurium dolores, oris ulcerationes, genitalium putredines & sudationes.

94. Autumno æstivi etiam multi morbi, & febres quartanæ & incertæ, lienis tumor, aqua intercus, tabes, urinæ difficultas, intestinorum levitas, coxæ dolores, angina, anhelatio, intestinorum parte quapiam coarctatio, epilepsia, insania, melancholia.

95. Hyeme pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, gravedines, raucitates, tusses, pectoris, laterum & lumborum dolores, cephalalgia, vertigines, apoplexiæ.

96. Se

96. Secundum ætates autem hi mor-
bi fiunt; parvis & nuper natis
puerulis, oris ulcera, vomitiones,
tusses, vigiliæ, pavores, umbilicî
inflammationes, aurium humidi-
tates.

97. Adventante dentitionis tempore,
gingivarum pruritus, febres, con-
vulsiones; alvi profluvia, maximè
cum caninos edunt dentes, & iis
præsertim, qui crassissimi sunt, &
qui alvo sunt dura.

98. Iphis verò grandiusculis, tonsilla-
rum inflammationes, vertebræ in
occipitio, introrsum luxationes,
anhelationes, calculi, lumbricî
rotundi, ascarides, verrucæ pen-
siles, satyriasmî, stranguriæ, stru-
mæ, & alia tubercula, præcipuè
verò ante dicta.

99. Adolescentibus, sanguinis expui-
tiones, tabes, febres acutæ, epi-
lepsiæ, aliique morbi, sed præci-
puè nunc dicti.

100. Senibus spirandi difficultates,
destillationes cum tussi, strangu-
riæ, dysuriæ, articulorum dolores,
nephritides, vertigines, apople-
xia, cachexia, pruritus totius cor-
poris, vigiliæ; alvi, oculorum &
narium humiditates, visus obtu-
rior, glaucomata, auditus hebe-
rior.

Caput IV.

101. Diætetica Medicina præstantior
est pharmaceuticâ & chirurgicâ.

102. Qui rectâ victus ratione utun-
tur, nec vomitu, nec alvi purgatio-
ne indigent.

103. In ipsis exacerbationibus cibum
adimere oportet, nam præbere
noxium: & cum per circuitus red-
eunt morbi, in ipsis accessioni-
bus abstinendum.

104. Æstate & autumnno cibum co-
piosio-

piofiozem ferunt difficillimè,
hyemè facillimè, vere minus.

105. Eorum, quæ confertim & celeri-
rer alunt, celeres etiam excretio-
nes esse folent.

106. Paulò peior, fed fuavior cibus
& potus, meliori quidem, fed in-
grato præferendus. Quæcunque
enim cum voluptate affumuntur,
ifta ventriculus amplexatur, &
magis concoquit; ficuti illa quæ
displicent refugit, unde nauleæ,
flatus & fluctuatio.

107. In morbi principio æger cibari-
dus eft parcè, & victus hic eft te-
nuis; in augmento parcius & eft
tenuior: in ftatu parciffimè, eft-
que tenuiffimus: & in declinatio-
ne modicè, ac modicus dicitur.

108. Æger tempore minoris afflictio-
nis debet cibari: fic enim virtus
circa materiam exuperantem mi-

F 5 nus

ates,
ngu-
ores,
ople-
s cor-
um &
obtu-
nebe-
antior
icâ.
utun-
gatio-
cibum
æbere
s red-
fioni-
m co-
iofio-

nus est occupata, & cibum melius complectitur. Nonnunquam tamen in statu, ubi afflictio est intensissima, præsertim in corporibus, siccis, & facile resolubilibus, cibum offerre cogimur, ne virtus prosternatur, ob immodicam spirituum ac caloris nativi resolutionem.

109. Corpora cholericæ, cum sint sicca & emacida, ac valde resolubilia, præsertim si in labore ac vigiliis vitam degerunt, statim sunt cibanda, etiam in ipso paroxysmo, & quacunque hora occurrit medicus. Si enim non confestim cibo reficiuntur & humectantur, tum aut cadunt in syncopen, & moriuntur in paroxysmo, ob magnam resolutionem; aut fiunt confestim hectici, ob magnam exsiccationem.

110. Consuetudo etiam in præscribenda diætâ consideranda. Nam
cra-

erapulosis non temerè est inedia
injungenda, & tenuis diæta præ-
scribenda. Quicumque enim er-
ror committitur magnus, major in
tenuiori victu fit, quàm in ple-
niori.

III. Cùm ignem igni addere non li-
ceat, vinum propterea pueris non
gustandum: nam eorum capita
malo vapore replent, & calefaci-
endo mentem eorum perturbant.

II2. Cibaria temperata, concoctu fa-
cilia, naturis senum præ cæteris
conveniunt.

II3. Subtilis substantiæ vinum prod-
est senibus; Omnia enim mem-
bra eorum calefacit, & sanguinis
serum subducit per urinam.

II4. Frigida, qualis nix & glacies, pe-
ctori inimica; tusses movent, san-
guinis profluvium, & destillatio-
nes.

115. Qui nimio cibo utuntur, corpora non augent.

116. Humidius alimentum, ut distribuitur citius, ita citius etiam evaporat.

117. Plus est alimentum in carne, quam in ullo alio cibo.

118. Corpora humida parum comedunt, plurimum egerunt, difficulter curantur.

119. Praestat cum diæta potius curare, si fieri possit, quam cum pharmacis.

120. Omne ferum animal domestico levius, & quodcunque humido cælo, quam quod sicco natum est.

121. Omne animal quadrupes, si lactans est, minus alimentum praestat.

122. Exercitatorum animalium carnes non exercitatorum carnibus saniores reputantur.

123. Men-

123. Mensæ brevitās & bonorum ciborum paucitas, magis quàm horum diversitas, sana corpora faciunt.

124. Tria saluberrima: non repleri nimium; exerceri absque defatigatione; ac genitale semen continere.

Caput V.

125. Principiis obstandum, & occasiones auxiliorum nunquam negligendæ.

126. A fortioribus morborum indicationibus, ipsorum curatio semper auspicanda est.

127. Quot sunt morborum species: tot sunt curationum variationes.

128. Corpus medicâ materiâ curatur: spiritus autem aëreus, sanguinis vapor, & quasi corporis & animæ vinculū, aëreis odoribus,

sonisque & cantibus temperatur
& alitur.

129. Ignorantibus gradum distemperaturæ corporum, aut medicinarum morbis appropriatarum, rectè curandi via iis prorsus concluditur.

130. Quoniam cùm pituitosum, tum ferosum excrementum in corporibus senum facile colligitur, sæpiùs ipsorum urinas movere, & alvum solvere convenit.

131. Quanto gradu à medio corpus distemperatum distat: tanto gradu medicina contraria, ut ad illud reducatur, indiget.

132. Quæcunque jam factos curant affectus, hæc & antequam fiant prohibent.

133. Simplici morbo medela convenit in virtute simplex: composito autem, composita; nam secundum
dum

dum causæ compositionem me-
dela componi debet.

134. Non minùs ex animi, quàm ex
corporis vitio morbi multi oriun-
tur, ea de re videndum est, ante-
quam morbum curemus, è corpo-
réne, an ex animo nascatur infir-
mitas. A causis enim incipien-
dum est, ut arboris interitus non
ex ramis: sed ex radice petatur.]

135. Maxima in medendo difficultas,
cùm contraria auxilia indican-
tur.

136. In frigido morbo à vino haud-
quaquam abstinendum est. Con-
coquit enim id semicrudos succos,
quantum aliud, tùm sudorem,
tùm urinam permutat, ac so-
mnum conciliat.

137. Tutiùs est mederi somno mor-
bis, cibi que abstinentiâ, vel exer-
citio; quàm scammonio aut eu-
phorbio.

138. Sæ-

138. Sæpè lavare caput & pedes cum aqua calida, in qua bullierint mellissa, folia lauri, chamomilla, & similia, memoriæ, capiti, & oculis valdè confert.

139. Semel, multum & repentè, vel vacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare, aut alio quovis modo corpus movere, periculosum. Omne siquidem nimium naturæ inimicum. Paulatim verò quod fit tutum, cùm aliàs, tùm maximè, ubi ab uno ad aliud facienda est mutatio.

140. Antequam purgatorium pharmacum offeras, cura priùs, ut humores sint tenues, & fluxioni parati, deinde ut sint æquati, hoc est, ut non sint crassi & lenti, postremò ut meatus sint aperti, per quos purgatio fieri debet.

141. In digerenda materia melancholica, duplex est intentio: una est attenuare, & dissecare humoris crassi.

crassitiem, moderatè tamen calidis, ne id, quod subtile est, resolvatur, & crassum in corpore relinquatur; altera est, humectare, & lenire humoris siccitatem, & terrestreitatem, sed in materia adusta utimur refrigerantibus, dissecantibus, & humectantibus.

142. Quando calor aliquis præter naturam adest, tùm diuretica quibusdam refrigerantibus, ne calor intendatur, temperentur: si enim calida mera offeruntur, tùm augeatur & febris & putredo.

143. Digestiva, aperitiva, diuretica, & omnia diaphoretica in aurora debent offerri. Tùm enim venæ remotæ epatis & meseraicarum, sunt inanitæ, & chylus in eis contentus tùm est concoctus.

144. Quando post usum digestivorum accidit vomitus, nequaquam deterrearis: Hoc enim indicat, materiam viscosam parietibus stomachi

es cum
nt me-
a, & si-
oculis

è, vel
leface-

quo-
pericu-
imium
m verò
tùm
iud fa-

phar-
ut hu-
oni pa-
hoc est,
postre-
er quos

lancho-
una est
umoris
crassi.

machi adhaerentem, esse absterfam,
diffe&amque.

145. Cholera æruginosa & prassinæ,
non expectant digestionem, sed
statim debent evacuari, tanquam
materia venenosa & furiosa.

146. In paratis ad phthisin, & in ca-
tarrho, non tutum est uti garga-
rismis attenuantibus, detrahenti-
busque pituitam. Sic quoque non
tutum est errhinis & sternutato-
riis uti in paratis ad ophthalmi-
am, oculorum lacrymas, & cata-
ractam.

147. Quando cum febris paralyfis
complicatur, tum feбри principi-
o curanda est, non neglecta ta-
men paralyfi. Ideo hic usus sy-
rupi acetosi simplicis cum melle
rosato colato plurimum valet.

148. Vomitus lædit eos, quibus pe-
ctus strictum est, longum collum,
& spiritalia debilia, sic phthisicos
&

& insolitos vomere, præpingues
seu crassos, qui ad anginam, vel
sanguinis sputum parati sunt, &
quibus oculi sunt debiles, & ce-
rebrum infirmum.

149. In reconvalescentia palpebra-
rum inflatio, aut appetitus corru-
ptus, vel prostratus, aut frequens
nausea, aut stomachi inflatio, aut
si urina sedimentum non habet,
hoc signum est recidivæ.

150. In reconvalescentia, vini usus
optimè confert. Coitus verò de-
testatur.

151. Diæta reconvalescentium in hoc
consistit, ut restaurentur vires, &
humeætetur corpus.

152. Regimen convalescentium, tri-
bus completur intentionibus:
prima est, alterare dyscrasiam,
reli-

erlam,

lina,
n, sed
quam

in ca-
garga-
henti-
e non
atato-
almi-
cata-

alysis
rinci-
ta ta-
us sy-
nelle
et.

as pe-
llum,
ificos
&

relictam; secunda, confortare
principalia membra, & præci-
puè nutritiva; tertia materiam
relictam, seu de novo coacerva-
tam, digerere, & evacuare.

F I N I S.



tare
ræci-
iam
erva



Tu 375

VD17

m.d.

III
3

